Voluntatis bonitas intendentis non ſufficit ad bonitatem actus.Ibidem in.ij.concluſione.et in ſolu.argumen.
Voluntas duplex in Chriſto.Dominica xij.trinitatis.q.ij.in ſolu.ſecundi argumēti
Voluntas bona quid operetur.Titulo dē Voluntate bona per totuꝫ.
Volūtas ꝓpria eſt cauenda propter mala que ad ducit.Titulo de Voluntate ꝓpria ꝑ totuꝫ.
Vſura multas habet ſtulticias.Titulo dē Vſuris Ibidem.
Vſura non vult feneraꝛi deo. Ibidem.
Vſurarius animam ſuam pro vadio ponit.Ibidem
Vſura eſt iniquitas magna.Ibidem
Vſurarius vendit pauperi quod de lege nature ei tenetur.ibidem.
Vſurarius rē non viuā vult parere.ibidē
Vſurarius non vult ſe liberare a laqueo diaboli et eterna morte.ibidem.
Vſurarius melius q̄ꝫ alij vult comedere et bibere et non laborare contra mandatum domini.ibidem.

¶ De.X.

Xp̄m de virgine deſponſata concipi et naſci fuit conueniens quadruplici ratione. In vigilia natiuitatis Chriſti.q.prima in corpore.
Xp̄us conceptus fuit de ſpiritu ſancto.ibidem.q.iiij.per totum
Xp̄us duas habuit naturas.In die natiuitatis chriſti in prima miſſa.q.ꝑma ī corpore.et per conſequens duas natiuitates.ibidem
Xp̄us conuenienti loco natꝰ eſt ꝓpter tres rationes.ibidem.q.iij.in corpore.
Xp̄us in via natus.quadruplici ratione.ibideꝫ
Xp̄us conuenienti tempore natus eſt.q̄ntuplici rōne.ibidem.
Xp̄us circumcidi debuit ꝓpter decentiaꝫ. In circumciſione.q.j.in corpore
Xp̄o nomen imponi debuit et conueniētiſſime vocatum eſt nomen eius ihs.ibidem.q.iij.per totum
Xp̄us conuenienter vocatꝰ eſt nazarenus ꝓpter quinqꝫ ratōnes.In vigilia Epiphanie.q.vnica.per totum

Xp̄i natiuitas conuenienter p ſtellam magis monſtrata eſt. In die Epiphanie. q.j. per totum.
Xp̄us profecit ſapientia et ſcientia acquiſita. Dominica infra octauas epiphanie. q.j. per totum.
Xp̄us pfecit ſapientia et gratia ſicut etiã etate. ibidem. q.ij. per totum.
Xp̄us non didicit aliquid ab hominibus nec etiam ab angelis. Ibidem. q.iij. p totũ.
Xp̄m iohãnes baptiſta conuenienter nominat agnum dei. In oct. epiphanie. q.j. et ij. per totum.
Xp̄us conuenienter baptizari debuit. In oct. epiphanie. q.j. per totum.
Xp̄o baptizato aperti ſunt ſuper eum celi ibidem. q.ij. per totum.

De Y

Ypocrita. Vide ſupra Hypocrita.

Incipit tabula materie applicabilis ſiue floris theologie ſcd̄m ordinem alphabeti.


| | |
|---|---|
| Abſtinentia | folio p̄mo |
| Adulatio | ij. |
| Ambitio | ij. |
| Amicicia | ij. |
| Amor ſuiipſius | ij. |
| Amor dei | iij. |
| Amor proximi | iiij. |
| Amor inimicorum | v. |
| Amor ſanctorum | v. |
| Aſpectus dei | vj. |
| Acquiſitio regni dei | vj. |
| Apertio aurium | vij. |
| Ambulatio ad deum | viij. |
| Ambulare cũ themate ⁊ introductiõe | ix. |
| Benedicendus quare eſt deus | x. |
| Charitas | x. |
| Charitas cum themate ⁊c. | xj. |
| Cuſtodia ſenſuum exteriorum | xij. |
| Cuſtodia cordis | xij. |
| Contritio | xij. |
| Confeſſio | xiij. |
| Chorea | xiiij. |
| Cogitatio | xv. |
| Conſolatio | xvj. |
| Compaſſio | xvij. |
| Conſuetudo | xvij. |
| Correctio | xviij. |
| Corpus chriſti | xviij. |
| Credere cum themate ⁊c. | xix. |
| Deriſio | xx. |
| Domus | xx. |
| Detractio | xxj. |
| Duricia cordis | xxj. |
| Diuitie temporales | xxj. |
| Dolor | xxiij. |
| Elemoſyna | xxiij. |
| Ebrietas | xxiiij. |
| Erubeſcentia | xxv. |
| Exemplum | xxv. |
| Excommunicatio | xxv. |
| Exaltatio | xxvj. |
| Fides | xxvj. |
| Fides cum themate ⁊c | xxvij. |
| Fidelitas | xxviij. |
| Fortitudo | xxix. |
| Gaudium | xxix. |
| Gaudium cum themate ⁊c. | xxx. |
| Gloria | xxxj. |
| Gratia | xxxij. |
| Gratia cum themate ⁊c. | xxxiij. |
| Gladius | xxxiij. |
| Gula | xxxiiij. |
| Humilitas | xxxv. |
| Iactantia | xxxv. |
| Innocentia | xxxv. |
| Inſtabilitas | xxxvj. |
| Ira | xxxvj. |
| Infirmitas | xxxvj. |
| Inuidia | xxxvij. |
| Infernus | xxxvij. |
| Iudicium generale | xxxviij. |
| Iudicium temerarium | xxxix. |
| Iudices mali | xl. |
| Iuſticia | xl. |
| Iuramentum | xlj. |
| Hypocrita | xlij. |
| Ignis purgatorij | xliij. |

| | |
|---|---|
| Lumen | xliij. |
| Locutio | xliij. |
| Luxuria | xliiij. |
| Lachryme | xliiij. |
| Manſuetudo | xlv. |
| Miniſtrare cum themate ꝛc. | xlv. |
| Mors | xlvj. |
| Memoria mortis | xlvj. |
| Mundicia cordis | xlvij. |
| Mundare cum themate ꝛc. | xlviij. |
| Mortificatio carnis | xlix. |
| Mendacium | xlix. |
| Murmur | xlix. |
| Mundi fuga | L. |
| Mirabilia mundi | l. |
| Miſericordia. | lj. |
| Miſc̄dia cū themate ꝛ introductiōe | lij. |
| Matrimoniū xp̄i. req̄re vbi v̄ginitas | xcj. |
| Negligentia | liij. |
| Obedientia | liij. |
| Ocium | liiij. |
| Oratio | liiij. |
| Odium vite | lv. |
| Opus bonum | lvj. |
| Odium proximi | lvij. |
| Ornatus | lvij. |
| Pax | lviij. |
| Patientia | lix. |
| Impatientia | lx. |
| Paupertas | lx. |
| Paſſio chriſti | lxj |
| Peccatum | lxj. |
| Penitentia | lxij. |
| Penitentia indiſcreta | lxiij. |
| Penitentia tarda | lxiij. |
| Predicator | lxiiij. |
| Perſeuerantia | lxv. |
| Preſumptio | lxv. |
| Prodigalitas | lxv. |
| Pigricia | lxv. |
| Prouidentia | lxvj. |
| Preparatio | lxvj. |
| Probatio | lxvij. |
| Querendus quomodo eſt deus | lxviij. |
| Quomodo debem⁹ ſeruire deo | lxxij. |
| Quare audiendū eſt verbū dei | lxxxiiij. |
| Q̄uo acquiritur regnum celorum | vj. |
| Religioſus | lxviij. |
| Repletio | lxix. |
| Reſurrectio generalis | lxix. |
| Recidiuum | lxx. |
| Saluare cum themate ꝛc. | lxx. |
| Sapientia | lxxj. |
| Seruitium malum | lxxj. |
| Seruire cum themate ꝛc. | lxxij. |
| Seruitium dei | lxxij. |
| Sequendo deum | lxxiij. |
| Sequi cū themate ꝛ introductiōe | lxxiiij. |
| Silentium | lxxv. |
| Symoniacus | lxxv. |
| Societas mala | lxxv. |
| Sanctificatio | lxxv. |
| Solitudo | lxxvj. |
| Spes | lxxvj. |
| Spes cum themate ꝛc. | lxxvj. |
| Spiritus cum themate ꝛc. | lxxvij. |
| Superbia | lxxviij. |
| Tactus | lxxix. |
| Tepiditas | lxxix. |
| Tempus | lxxix |
| Temptatio | lxxix. |
| Temptationis reſiſtentia | lxxx. |
| Theſaurus | lxxxj. |
| Tribulatio | lxxxij. |
| Timor | lxxxiij. |
| Verbum dei | lxxxiiij. |
| Velocitas conuerſionis | lxxxv. |
| Vita preſens | lxxxvj. |
| Vnitas | lxxxvij. |
| Vocatio | lxxxvij. |
| Vocatio cum themate ꝛc. | lxxxviij. |
| Venire cum themate ꝛc. | lxxxix. |
| Voluntas | xcj. |
| Virginitas | xcj. |
| Vſura | xcij. |
| Veritas | xcij. |
| Videndo deum | xciij. |
| Vita eterna | xciij. |


Explicit tabula materie appli cabilis ſiue floris theologie.

# Incipit materia aurea enucleata ex originalibus virtutum et viciorum. flos theologie nuncupata ſcđm ordinē alphabeti pro ſermonibus applicabilis tā de tēpore q̄ȝ de ſanctis totiꝰ anni.

Abſtinentia
eſt duplex.
deteſtabilis ⁊ laudabi-
lis. Deteſtabilis vt in
hypocritis. auaris. et
guloſis. Hypocrita enī abſtinet vt laudet
Talis nimis inſenſatus eſt. qa de h ꝙ vni
hoſti ſubtrahit. ſ. carni duos hoſteſ paſcit.
ſcȝ mundū ⁊ diabolū. Diabolus enī eſt ſi-
cut latro q̄ qñ cognoſcit mercatoreſ aliq̄d
portare ſociat ſe eis vt eos ſpoliet Sic dia
bolus ſpoliat ſupbos ꝑ iactantiā ⁊ oſtēta-
tionem. Exemplū de Ezechia q̄ oñdit the-
ſaurū ſuū nuncijs regis babylonis ⁊ ami
ſit. Eſa. xxxix. Nō fuit res quā non oſtēde-
rim eis ⁊c. Ideo dicit̄ Iob. xv. Cōgregatio
hypocrite ſterilis. Iſte de bono ope q̄ poſ
ſet habere regnū eternū querit ventuȝ va-
ne laudis. Gregoriꝰ Qui ex bono ope q̄d
agit humanos fauores req̄rit. rē magni p̄
cij pro vili p̄cio venalem exponit. Multi
oſtendūt bona multa que parū valent. et
talis apparet bonus q̄ non eſt ⁊ econuerſo
Melior eſt saccꝰ lapidibus p̄cioſis plenꝰ
q̄ȝ burſa ſerica plena ſtupis vel terra. Et
aliq̄n ſub vili ſarcinula latet precioſa mer-
ces ⁊ ſub pictura aurea lignū putridum ⁊
vermiculoſū Ioh. vij. Nolite iudicare ꝑm
faciē ⁊c. Nō teneas aurū q̄dcunqȝ vel q̄c-
quid lucet vt aurū. nec pulcrū pomū q̄li-
bet eſſe bonū. Ideo dicit̄ Matth. vj. Cū ie-
iunatis nolite fieri ſicut hypocrite triſtes.
exterminānt enī facies ſuas vt pareant hoī
bus ieiunātes. Auarus ieiunat vt burſaȝ
impleat. Iſte q̄d ori ſuo ſubtrahit in ore di
aboli ponit. Os diaboli eſt burſa auari q̄
impleri nō poteſt. Ideo nō ſit ieiuniū tuū
marſupij lucrū. ſed ſatietas animarū. Au
guſtinus. Tale eſt ieiuniū ſine elemoſyna
qualis ſine oleo lucerna. Guloſuſ ieiunat
vt poſtea meliꝰ comedat. Greḡ. Nō deo
ſed ſibi ieiunat qui ea q̄ vētri ſubtrahit ad
tempꝰ nō pauperibꝰ tribuit ſȝ vētri poſt-
modū offerenda cuſtodit. Sunt aūt mul
ti qui tantū vel plus comedūt vna vice cū
ieiunāt q̄ȝ comederēt duabꝰ ſi nō ieiuna-
rent. Qui talē grām faciūt deo. qualem fa
cit ille q̄ alicui dat duos obolos ꝓ vno de-
nario. Et q̄d debēt duobꝰ terminis carni.
ſoluūt vno tp̄e. Augꝰ. Cū menſura ſumū
tur medicamēta. ſic ⁊ alimēta ſumi debēt.
Quāto terra magis impinguat̄. tāto plu
res ſpinas ⁊ tribulos germinat. Sic caro
quāto melius nutrit̄. plures motus gene-
rat. et plus ſpūm impugnat. Prouer. xxix
Qui delicate a puericia nutrit ſeruū ſuū.
id eſt. corpus. poſtea inuenit eū ꝯtumacē.
id eſt. ſpiritui repugnantē. Nota ꝙ ſunt q̄
dam q̄ faciunt feſtū ante vigiliā. vt illi qui
in puericia delicioſe viuūt. Sed feſtū eoꝝ
diu non erit. vigilia autē eterna cuȝ diuite
qui nō potuit habere guttā aque. Lu. xvj.

Abſtinētia laudabilis eſt quadruplex.
Prima a peccato. Secūda a cibo. Tertia
a malis verbis. Quarta a praua ſocietate

De p̄ma dicit̄. j. Teſſal. iiij. Abſtineatiſ
vos ab omni fornicatiōe. glo. tā ſpirituali
q̄ȝ corpali. Qui enī in mortali pecccato ie-
iunat. corpus ſuū velut cadauer mortuū
deo offert. ꝯtra illud Roma. xij. Obſecro
vos ꝑ miſericordiaȝ dei. vt exhibeatis cor-
pora veſtra hoſtiā viuentē. non mortuaȝ.
Ideo Ecc̄. iij. dicit̄. Cor ſapiēs ⁊ intelligibi-
le abſtinebit ſe a peccatis ⁊c. Et. j. Petri. ij.
Obſecro vos ⁊c. abſtinere a carnalibꝰ deſi
derijs ⁊c. Sunt multi q̄ dicūt ꝙ nō poſſint
cōtinere vel abſtinere a peccato. ſed tamē
bene abſtinēt a nociuis corpoꝝ. Si enī ali
cui apponeret̄ cibꝰ mortiferꝰ et venenoſuſ
diceret. Nō poſſum comedere. Nullꝰ enī
eſſet q̄ ſcienter comederet vl̄ biberet morti
ferum corp̄i Voluptas ꝓhibita mortifera
eſt. vt dic̄ Aug̃. Oē ſeminariū voluptatis
venenuȝ puta. Hanc tamē auide hauriūt

multi.⁊ inde moriūtur. Apoc̄.viij. Multi
mortui ſunt de aquis. id eſt. delectatiōibꝰ
mundi vel carniſ. quia amare facte ſunt. ſ.
poſt mortē. Itē talis vno puero p̄ſente nō
auderet fornicari. ſed ſola verecūdia cobi-
beret eū. q̄ntomagis in p̄ſentia dei ⁊ ange
li cuſtodiētis eū deberet ſe cohibere. Ber-
nardus. In quouis angulo reuerentiā ex
hibere angelo debes. nec audeas illo p̄ſen
te q̄ď me preſente nō audes. Boetiꝰ. Ma
gna nobis indicta eſt neceſſitas ꝓbitatis
cum agamꝰ ante oculos iudicis cūcta cer
nentis. Exemplum de Taide meretrice ⁊c.
Nō eſt dicendū ꝙ equuſ nō poſſit cohibe
ri qui ex modico freno cohibeť. Sic nō de
bet aliquis dicere. non poſſum a pc̄tō car-
nis me cohibere. quē frenū erubeſcētie co-
hibet. Itē non diciť domus alicuiꝰ eo inui
to comburi. ex quo ipſe ignē ⁊ ligna ꝓprijſ
manibus apponit. ſ. cibos ⁊ potus calidoſ
ad luxuriā inflāmantes. Quia ſicut diciť
Ecc̄. xxviij. Scdm̄ ligna ſilue ſic exardeſcit
ignis. Poniꝰ deberet amouere. quia diciť
Prouerb. xxvj. Cū defecerint ligna extin-
guetur ignis. Itē peccatū ſi adimpleť non
extinguit famē ſed excitat. Sicut ſtillicidi-
um fabri ad horā mitigat ignē. ſed poſtea
feruet ardentiꝰ. Sic peccatū ꝑpetratū plꝰ
inardeſcit q̄ȝ ante Oſee. iiij. Comedēt ⁊ nō
ſaturabūtur. fornicati ſunt ⁊ nō ceſſabunt
glo. Vires fornicantiū deficiūt. ſed deſide-
ria inardeſcūt. Itē non videť inuitus capi
qui hoſtes ſuos inſequiť. et inter manꝰ eo
rum ſe ꝓijcit. cuȝ ſola fuga euadere poſſet.
Nec inuitꝰ moriť qui mortē ſuā emit ⁊ be
ne videt. Sic nō debet aliquis dicere Nō
poſſum cōtinere q̄ conſortia mulierū non
vult fugere. ſed eas care emit. Bene videť
velle cōburi qui ſe in ignem ꝓijcit. Ecci. iij.
Qui amat periculuȝ in illo ꝑibit. Itē non
debet dicere eger. nō poſſum liberari. q̄ cō-
ſilio medici non vult obedire De conſilio
medici abſtinet homo a vino ⁊ a carnibuſ
ꝑ menſem ⁊ plꝰ. ſed de cōſilio medici ſpiri-
tualis nō poſſet ꝑ vnū diem in ſeptimana
Peccatū enī q̄ď per penitentiā non dilui
tur. ſuo pondere mox ad aliud trahit. Pa
tet in lapide. Lapis enī cadens in puteum
ſi fundū non inuenit ſemꝑ in caſu eſt. In
peccato fundꝰ non eſt vnde in peccatū ca
dens. in cōtinuo caſu eſt. niſi manu gratie
ſuſtētetur. Quia abyſſus abyſſum īuocat
Itē pro pena tꝑali abſtinet homo a pecca-
to. quia ſi ſciret homo poſt peccatū pedeȝ
abſcindi vel in ignē mitti. peccatum nullo
modo faceret. ſed pro pena eterna euitan-
da nō poteſt. Inſanꝰ reputareť q̄ ad men-
ſam iret in qua parū cibi haberet. et om̄ia
bona ſua pro cibo illo ſoluturū ſciret et in
carcerē ꝑpetuū mitti. Talis eſt peccator q̄
pro peccato omnibꝰ bonis denudabitur.
⁊ a regno eterno ſpoliabiť. ⁊ in inferno pu
nietur. Ecc̄. xx. Datū inſipiētis nō erit vti-
le tibi. exigua dabit ⁊ multa improperabit
Prouerb. v. Preciū ſcorti vix eſt vniꝰ pa
nis. mulier aūt p̄cioſam animā viri capit.
¶ Secunda abſtinentia eſt a cibo corpo
rali. De qua dicit Hieronymuſ. Tunc eſt
precioſa apud deū abſtinentia cū animuſ
ieiunat a vicijs. Quid prodeſt corpus at
tenuari abſtinentia cū animuſ intumeſcit
ſuperbia. Iſidorus Qui a cibis abſtinent
⁊ mala agunt demones imitātur. quibus
eſca vel cibus nō eſt. et nequicia ſemꝑ ad-
eſt. Si quis lauaret manus ſuas in aqua
lutoſa non mundificaret eaſ. Sic qui ieiu
nat et agit penitentiaȝ in mortali peccato
non mundificat animā ſuam. Ecc̄. xxxiiij.
Ab immūdo quid mundabiť ¶ Abſtinē
tia enim a cibo corꝑali cōmendatur mul-
tiplici ſuo effectu. Valet enī abſtinētia ad
ſanitatem corporis. Ecc̄. xxxvij. Qui abſti
nens eſt adijciet vitā. ⁊ in multis eſcis erit
infirmitas. Si homo ita ſollicite abſtinet
ſe a vino et a carnibus pro ſanitate ⁊ vita
corporali. quantomagis debet pro ſpiritu
ali. Rechabite non biberūt vinū. quia pa
ter eoruȝ eis precepit. vt diciť Hiere. xxxv.
Item abſtinētia diabolū fugat et expellit
ab homine. Fames expellit lupuȝ a nemo
re. Sic abſtinentia diabolum ab homine
Marci. ix. Hoc genus demonuȝ in nullo
poteſt exire niſi in oratione ⁊ ieiunio. Po
nit enim diabolū in arido vbi requiē non

inueniet. Matth.xij. Cū immūdus spūs &c. Diabol⁹ ad modū piscis habitat in locis humentib⁹ Job.xl. Thobie.vj.&.xij. Cū extraxisset piscem de aqua delitiarū cepit palpitare ante pedes eius. Itē dicit ambrosius. q homo ieiunus in sputo suo serpentem corporalē interficit. quāto magis spiritalem. Judith.xiij. Post ieiuniū amputauit caput holofernis. Item abstinentia carnē vincit & castigat. Irridendi sunt illi qui dicunt se carnē non posse vincere. cū possint ieiunando ei victualia subtrahere Nō est adeo forte castrū q non possit capi si victualia ei subtrahātur. Nec adeo magnus ignis qui nō possit extingui p subtractionem lignorū. Prouerb.xxvj. Cū defecerint ligna.s.ciborū extinguetur ignis Subtrahe cibos & extinguetur ignis luxurie. Itē homo sine abstinentia est sicut equ⁹ indomitus sine freno qui precipitat dominū suū vbi non vellet Ideo dicitur Michee.vij. Ab ea que dormit i sinu tuo custodi claustra oris tui.id est.consensum corporis. Plus confidit diabol⁹ in adiutorio carnis q̄z in aliquo alio. quia domesticus hostis. Hostem istū fugere vel fugare non potest homo quē circumferre vel nutrire necesse est pimere non licet. sed subiugare sc̄z tenere cōpedem sup gulā licet. alioquin nunq̄m faciet bonā dietā. Eccl.xxxiij. Seruo maliuolo tortura & cōpedes. mitte eū in operationem ne vacet ¶ Tertia abstinentia est a malis verbis. Seneca. A verbis turpib⁹ abstineto. nā licentia eorū impudentiam nutrit De hoc require in capitulo de locutione ¶ Quarta est a praua societate Sapientie.ij. dicunt mali de iusto Abstinet se a vijs nostris tanq̄z ab immūditijs. Req̄re de mala societate

## ¶ De adulatione

Adulatio est nutrix diaboli lactans peccatores lacte adulationis & obdormire faciens in peccatis cantando eis placebo cantilenā diaboli Prouerb.j. Fili mi si te lactauerint peccatores ne acquiescas eis. Idem.xv. Iniquus lactat amicū suū & ducit eum per viā non bonā. Itē adulatores sunt sicut mimi & ioculatores diaboli. non permittētes suos ī aliquo cōtristari Osee vij. In malicia sua letificauerūt regē. et in mendacijs suis principes. Itē sunt incantatores diaboli. quia faciunt homines credere qđ ipsi non sunt. & vbi nihil est aliqđ esse ostendunt. ps. Oleum peccatoris nō impinguet caput meū. Hoc oleo inungit diabolus suos. Augustin⁹. Oleū est falsa laus adulatoris que mentes a rigore veritatis emollit ad noxia. Itē sunt proditores qui sub specie osculi tradunt homines hostibus suis vt iudas iesum. ioab amasam ij. Reg.xx. Esa.iij. Popule meus qui te dicunt beatū. ipi te decipiūt. Et Esa.ix. Qui beatificant populū istū. et qui beatificantur precipitati erunt in infernū. Item sūt rete diaboli. Prouer.xxix. Qui blandis fictisq̄z sermonib⁹ loquitur proximo suo expādit rete pedibus suis

## ¶ De ambitione

Ambitio allicit hominem et tenet eū in periculoso statu. Sicut eni canis relinquit īuitus os carneū. aut carnes nimis calidas iuxta ignem licet noceant. quia nimis plenus. Sic ambitiosus dignitates licz occasione earū multas angustias sustineat et pericula. Prouerb.j. Usq̄z quo paruuli diligitis infantiā. et stulti ea que sibi sūt noxia diligunt. Item puer cū difficultate ascendit equū. sed quādo parū equitauit nō potest deponi donec cadit subito. Sic et ambitiosus vix dignitates relinq̄t donec subito moriatur. psalmista. Uidi impiū superexaltatū & eleuatum &c. Et transiui et ecce non erat ¶ Item deijcit in peccatū vel ī infernum. Arbor paulatim & cum difficultate exaltatur. sed subito flatu ventorum deijcitur. Sic ambitiosus. Grego. Paulatim ascendisti sed non paulatim descendes. sed tanq̄z fulgur et alter sathanas. Itē qui ponit pedem suū super vacuū vel foueam. statim alta deserit & in ima cadit. Sic

qui affectum ſuū ponit in vanitate rerum temporaliū vel dignitatū. cito deum deſerit ⁊ in culpam cadit. pſalmiſta. Deieciſti eos dum alleuarētur ⁊c. Sic cornicula qn̄ non poteſt frangere nucem. in altū portat vt fortius cadat ⁊ frāgatur. Sic diabolus ī dignitatibꝰ eleuat aliquē quem ante nō poterat vincere. vt in peccatuꝫ deijciat. Jo ſtatuit ieſum chriſtum ſuper pinnaculuꝫ templi Mattbei. iiij. Job. xxx. Eleuaſti me et quaſi ſuper ventū ponens eliſiſti me valide. Jtem aquilaꝫ alte volantē facit cadauer deſcendere velociter. Sic hominē qui alta virtutum et cōtemplationis aſcendit dignitas vł temporalis voluptas. pſalmiſta. Aſcendit vſqꝫ ad celos et deſcendit vſqꝫ ad abyſſos ¶ Jtē ābitio decipit. Apis habet mel in ore ⁊ in cauda aculeum. Sic dignitas corporalis vel tēporalis poſt blādimentum adulatorū vanitatū et delectationum pungit. Prouerbiorū. v. Nouiſſima illius amara quaſi abſinthiū. Hoc eſt oſculum iude qui cuꝫ domino manducauit. et poſtea eum tradidit inimicis ſuis. Mar. xiiij. Traditor enim dedit eis ſignū ⁊c. Aliqua dignitate temporali dicit mundus demonibus. Jpſe eſt quem trado vobis vt veſtrum. Jtem accidit vt comeſtis carnibꝰ os proijciatur. magni canes oſſe relicto inter ſe litigant propter ipm̄. alius paruus canis venit os inuenit ⁊ comedit in pace ſua. magnis de eo certantibus. et nihil inde habentibus. Sic eſt de iſtis magnis clericis cum aliqua prelatura vł groſſa prebenda vacat. exurgit vnus ex vna pte. alter ex altera ad illam adipiſcendā. ad prelatum appellant vel ad papā. prelatura relicta. ſuper cauſam litigant et cauſantur et interim deus eā confert alicui ſimplici ⁊ bono qui eam non expectabat. nec curā adhibuit ad eam habendā. Luce. j. Depoſuit potentes ⁊c. Jtem capa pluuialis nō preponitur alijs veſtibus quia carior habeatur. ſed vt ſola deturpetur et alia veſtimenta munda cuſtodiātur. Sic homo in prelatione. quia expedit vt vnus moriatur ꝓ populo ⁊c. Joh. xj.

## ¶ De amicicia.

Quattuor faciūt hominem amicum dei. ¶ Primum eſt fides operans per dilectionem Jacobi. ij. Credidit abraam deo ⁊ reputatum eſt ei ad iuſticiā. et amicꝰ dei appellatus eſt ¶ Secundū mundicia cordis. Prouerb. xxij. Qui diligit cordis mūdiciam propter gratiā labiorū ſuoruꝫ habebit amicū regem. ¶ Tertiū preceptorū cuſtodia Johis. xv. Uos amici mei eſtis ſi feceritis ⁊c. ¶ Quartum aduerſoruꝫ tolerantia. Judith. viij. Abraā temptatꝰ eſt ⁊ per multas tribulatōnes probatus amicus dei effectus eſt.

## ¶ De amore ſuiipſius.

Amare ſe eſt amare latronem morte condemnatū Seneca. Omnes capitali ſupplicio condemnati ſumꝰ. ij. Timoth. iij. Erūt homines ſeipſos amantes. cupidi elati ⁊c. gloſa. Ex eo ꝙ ſeipſos. non deum amant. quaſi a radice hec mala que ſequunt̄. oriūtur. Chryſoſtomus. Omniū malorū cauſa eſt amor ſui et radix ⁊ fons ¶ Jtē amor ſui hominē excecat. Gregorius. Uehemēter claudit oculos mentis amor priuatus Ex quo fit vt quod nos agimꝰ graue eſſe non eſtimemuſ. plerumqꝫ et aggrauatur proximus et nobis nequaq̄m deteſtabile videtur. Cecus non videt ſe inquinatum. licet ſit multum. ¶ Jtem qui nimis amat ſe. deſtruit ſe. vult enim eſſe in ocio vbi corrumpitur. ſicut veſtis ī arca repoſita. pſalmiſta. Omēs ſicut veſtimentū veteraſcēt ¶ Jtem perdit ſe. quia qui nimis amat ſe nimis cuſtodit ſe. Sicut ille qui nimiſ diu ſeruat frumentū ſuum. perdit illud. quia corrumpitur ſemen. Si ſeminat. renouat ſicut ait Gregorius ſuper illo verbo Joh. xij. Niſi granum frumenti ⁊c. Inſipiēs qd tu ſeminas non viuificatur niſi prius moriatur. id eſt. corrumpatur. Jdeo dicitur. Johānis. xij. Qui amat animā ſuam perdet eam. Auguſtinus. Si male amaueris

odiſti. ſi bene oderis tunc amaſti. Idē. Si perit homo amando ſe. profecto īuenit ſe negando ſe. Diſce ergo amare te nō amādo te Item magna ſtulticia eſt proditorez ſuū nutrire. Gregorius. Magna miſeria quia laqueū noſtrū nobiſcū portamus. ⁊ hoſtem noſtrū nutrire cōpellimur. et q̄n to plura bona ei facimus. tanto plus nos impugnat. Quāto plus terra impinguatur. tanto plures malas herbas generat. Sic quanto melius nutrit̄ corpus. tanto generat plures motus carnales. Gene. iij Maledicta terra ī opere tuo. ſpinas ⁊ tribulos germinabit tibi. Prouerbiorum. xxix. Qui delicate nutrit ſeruū ſuum. id eſt. corpus ſuū a puericia ſua. poſtea inueniet eū cōtumacē. i. ſpūi repugnantē.

## De amore dei

SIcut ſepe dicitur. Totū gaudium venit d̄ bene amare. Sed nō ab omnibꝰ capitur quid ſit bene amare. Ideo dominus qui ſuos vult monere ad omne gaudiuz dat illis formā bone dilectōis. Mathei. xxij. ⁊ Luce. x. Diliges dominū deum tuū ex toto corde tuo. ⁊ ex tota aīma tua. ⁊ ex tota mēte tua Circa q̄d vidēda ſūt tria. ſ.

Quomodo diligendꝰ eſt deꝰ

Quare diligendꝰ eſt deus

Et qui diligantur a deo

Diligendus eſt deus integraliter. ſcilicet ex toto corde. Fideliter ſcilicz ex tota anima Perſeueranter vel memoriter ex tota mente tua. Diligendus eſt ergo deus īntegraliter ex toto corde. Chryſoſtomus. Quid ē ex toto corde diligere. niſi q̄ ad nullius rei dilectionem magis inclinandum ſit q̄z dei. nec delectetur in aliqua alia re tātum quantū in deo. non in ſaporibus. vel auro vel argento. vel amicis vl̄ huiuſmōi Si autē in aliquo iſtoruz fuerit amor cordis tui magis q̄z in deo. iam non ex toto corde amas deū. Quia quanto rami inferiores arboris multiplicant̄ et creſcūt. tanto minus arbor creſcit et eleuatur ſuperiꝰ Sic quanto magis amor ſui et ſuorū. ⁊ rerum terrenarum creſcit in homine. tanto minus eleuatur in amorē dei. et minus deuz amat. Auguſtinus. Minus te amat qui tecuz aliquid amat. Ideo amor talis reſecandus eſſet. ſicut rami inferiores ⁊ ſuperflui reſecari debent ab arbore vt meliꝰ creſcat ⁊ fructificet. Deut. xxx. Circūcidet dominus cor tuum. ⁊ cor ſeminis tui. vt diligas dominū deū tuum ex toto corde tuo. Vult eniz dominus totū cor habere. ſicut auis nobilis de preda ſua. quia ſolus poteſt illud implere. et ſolus creauit. Auguſtinus. Totū exigit te qui fecit totuz te. Si haberes aliquod clenodiuz vel munuſculum ad dandū. deliberares vbi melius poſſes illud implicare Sic debes facere d̄ corde tuo vt diligenter conſideres cui meliuſ et vtiliuſ poſſis illud dare per amorē Nōne vides luſorem. ſchacū a ſchacario ſubleuatum in manu tenere. et cuz magna deliberatione videre vt in tuto loco aſſideat. ne ab aduerſario capiatur. Sic facias de corde tuo ⁊ caueas ne in loco turpi ⁊ periculoſo ⁊ aduerſario diſcooperto illud ponas. ſed deo qui bene poteſt illud cuſtodire des per amorem. quia ipſe petit. Prouerbiorum. xxiij. Fili prebe mihi cor tuum ſcilicet totū tanq̄m precioſum ferculū de preda mea. Amor enim eſt quoddā ferculuz ſcilicet eminens valde delicatuz et precioſum quod defertur corā rege ſūmo ad mēſam celeſtem. Et ſicut ferculū ponitur coram domino totuz vt ſumat quod voluerit et reſiduum alijs relinquat. Sic deus amorē cordis vult totū ſibi preſentari. q̄ndo dicit: Diliges dominū deum tuū ex toto corde tuo. Deinde alijs diſtribui. Unde ſequitur. Et proximū tuū ſicut teipſuz. Iohis. xv. Hoc eſt preceptū meū vt diligatis inuicem. per finales amores. Tunc eſt finalis quando eſt purꝰ. id eſt. affinis. Sicut aurū ſe affinat in igne. ſeparando ſe ab omni alio metallo et a terra Sic amor q̄n ſepatur ab omni carnalitate ⁊ terrenitate. dicitur finalis Non dicitur aurū purum vbi aliquid admixtū eſt alterius metalli. et terrenitatis ⁊c̄. Sed dicitur Luce. xiij. q̄

pilatus miſcuit ſanguineꝫ cum ſacrificio
gallileorum. quod fit quando illud quod
ſm ſpiritum diligi debꝫ. ſm carnem diligi-
tur. vt in beginario. vbi aliquādo ſub pre-
textu dilectionis ſpiritualis que eſt quaſi
ſacrificium deo. latet ſanguis carnalis af-
fectionis. Et de pallio religionis operitur
latrina viciorum. et de chriſto fit oſtiuꝫ lu-
panaris. cum propter deū dilectio ſimula
tur. Gal. iij. Sic ſtulti eſtis vt cum ſpiritu
ceperitis. nūc carne cōſūmami. Debet er-
go diligi deus ex toto corde ratione creati
onis. Bernardus. Ecce domine quia feci-
ſti me debeo me amori tuo totum. ⁊ tantū
debeo pluſ q̃ꝫ meipſum. quanto tu maior
es me pro quo dediſti teipſum ¶ Item di
ligendus eſt deus ex tota anima. hoc eſt fi
delit̃. ſicut ipſe dilexit nos. quia maluit ani
mam ſuā ſeparari a corpore. Sic et nos
anteq̃m ab eo anime noſtre ſeparētur. po
tius debemus mortē ſuſtinere. Ideo dicit̃
Canticoꝝ. viij. ꝙ fortis eſt vt mors dilectio
quia propter dilectionē dei contemnit ho
mo mortem. Sicut fecerunt ſancti marty
res de quibus dicitur. Deſpecta namqꝫ p̄
ſentis vite luce. contemptoqꝫ ſuorū tormē
toꝝ cruciatu ſeue morti dei pro amore vi.
⁊c. Propter hoc dicitur Sapiētie. iij. Fide
les in dilectione acquieſcent ei. Hinc eſt ꝙ
tormentum non ſeparat. labor non laſſat.
theſaurus non ſuperat. alienus amor nō
occupat. ¶ Primo fidelem amorem tor-
mentum non ſeparat. Sicut dicitur Ro
ma. viij. Quis nos ſeparabit a charitate
chriſti: Tribulatio. id eſt. afflictio cordis.
anguſtia. id eſt. mentis anxietas. an fameſ
an periculum ⁊c. Exemplū de cane qui ita
diligit dominū ſuū ꝙ euꝫ ſequitur inuituꝫ
vbiqꝫ. licet ille cōminetur ei ⁊ iactet ei lapi
des. tamen ſequit̃ eum per ſpinas ⁊ aquā
⁊ turbaꝫ armatā. Sic ⁊ nos deum diliga
mus ad minus vt caniſ dominū ſuum. vt
ſi inferat nobis tribulationes ⁊ infirmita-
tes et alias moleſtias. non relinquamus
eum. ſicut Job qui dicit. Etiam ſi occiderit
me ſperabo in eum. Job. xiij. Exempluꝫ de
muliere que multas moleſtias ſuſtinet p

amaſio ſuo. et corripitur et frequenter p̄
cutitur ab eo. et tamen ſequitur eū. nec re-
putat iniuriam ſed amoreꝫ. et ictus quaſi
dotes nuptiarū. quia meliora ſunt vbera
diligentis q̃ꝫ fraudulenta oſcula odientis
vt dicitur Prouerb. xxvij. Ideo dicit Au
guſtinus ꝙ nihil eſt fortius animo habē-
te charitatem ¶ Item fidelē amorē labor
non laſſat. quia vt dicit Gregorius. Nun
q̃ꝫ eſt amor dei ocioſus. operatur enīꝫ ma
gna ſi eſt. ſi autē deſinit operari amor nō
eſt. Sicut de ferro frigido nō poteſt aliq̇s
operari niſi calefactū fuerit per igneꝫ. nec
poteſt flecti ſed frangitur ſub martello. ſic
dicit Auguſtinus. Ferrū calidum duꝫ cu-
ditur dilatatur. frigidūqꝫ frangit̃. Sic ho
mo non eſt aptus operari bene niſi calefa-
ctus fuerit per ignē charitatis Threnoꝝ. j.
De excelſo miſit ignem in oſſibus meis. ⁊
erudiuit me. ſcilicet ad bene operandum.
Auguſtinꝰ. Amantis anxietas non ſinit
eum dormire. amor de quiete fit inquieti-
or. quieſcit afflictio. quieſcit temptatio. ſꝫ
dilectio q̇eſcere non poteſt vel neſcit. Qui
huiuſmodi guſtu inebriatꝰ fuerit ad om-
ne opus bonum hilareſcit. dolet et nō ſen-
tit. laborat ⁊ non laſſeſcit. deridetur nec ad
uertit. Auguſtinus. Qui amat non labo
rat. Exēplū de iacob Geneſ. xxix. Qui no-
cte ⁊ die eſtu vrebatur ⁊ gelu ⁊c. Et videbā
tur ei dies pauci pre amoriſ magnitudine
Si tot ⁊ tātos labores et vigilias ſuſtinet
homo pro amore carnali vel lucro tempo
rali. quot et quanta deberet ſuſtinere pro
amore dei. Auguſtinus. Si tanta portat
nobiſcū cupiditas quare nō tanta portat
charitas. Chryſoſtomus. Si nautis peri-
cula maris. glacies et frigora agroruꝫ cul
toribus. vulnera militum leuia et portabi
lia ſunt propter ſpem lucri temporalis. q̄n
to magis qui deum amat nullū debet ſen-
tire periculum. Gregorius. Pena inter-
rogat ſi quis veraciter deum amat ¶ Itē
fidelem amorē theſaurꝰ non ſuperat. Job
xxviij. Neſcit homo precium eius. Sapie
vij. Omne aurum in cōparatione illiꝰ are
na eſt exigua et tanq̃ꝫ lutum eſtimabitur

argentũ in cõſpectu illius.ſine qua diues
pauper eſt.cum qua pauper diues eſt . vt
ait Auguſtinus. Uir qui deuꝫ amat iam
habet quod amat.nec eũ diligere poſſet ſi
eum quẽ diligit non haberet. Auguſtinꝰ
Diues eſt humana religio que in poſſeſſo
re omniũ omnia poſſidet. Canticorũ.viij.
Si dederit homo totam ſubſtantiã ſuam
pro dilectione ſcꝫ habenda q̃ſi nihil deſpici
et eam.gloſa. Ubi abundat amor eterno
rum viléſcit poſſeſſio labentium. ¶ Item
amor extraneus non occupat nec commi
ſcetur.quia nõ poſſunt cõmiſceri vera va/
nis.eterna caducis.ſpiritualia corporalibꝰ
ſumma imis.vt dicit Bernardus. Muli
er fidelis non amat aliũ carnaliter cum vi
ro ſuo. Nõ poteſt dicere mulier . diligo vi
rum meũ que die ac nocte in lecto tenet ad
ulterum.⁊ ſponſum verũ repulit. Sic nõ
dicas te diligere deũ.qui euꝫ de corde tuo
expuliſti peccãdo ⁊ diabolũ recepiſti. Hie
remie.iij. Quomodo ſi cõtemnat mulier
amatorem ſuuꝫ . ſic cõtempſit me domus
iſrael. Bernardus. Labor meus vix ẽ vni/
us hore.⁊ ſi amplius eſt.pre amore nõ ſen/
tio. Math.xxvj. Una hora non potuiſtiſ
vigilare mecum. Itẽ . Mulier cum parit
triſticiam habet ⁊c.quia venit hora eius ⁊c̃
Johis.xvj. Decepta es anima ſi credis ſi/
mul habere ſponſum tuũ chriſtũ et adulte
ruꝫ diabolũ. Quia ſicut dicitur Eſa.xxviij
Coanguſtatũ eſt ſtratum ita vt alter deci
dat.⁊ palliuꝫ breue vtrumqꝫ operire non
poteſt Propter ſe ergo diligẽdus eſt deꝰ.
non propter ſua.quia recte deum amat q̃
eum quẽ amat querit.nec quicq̃ꝫ ipſiꝰ Si
autẽ premiũ ſui amoris preter deum que/
rit.pro certo deũ non diligit ſed ſua.vt me
retrix leccatoreꝫ diligit q̃ꝫdiu dat ei mune/
ra.et canis os carnoſum diligit. ſed nudũ
abijcit Prouerbiorum.xxvj. Cum defecerint
ligna beneficioruꝫ. extinguetur ignis cha
ritatis. Sed ligna beneficiorum dei nũq̃ꝫ
deficiunt.ſed ſemper addũtur et creſcunt.
Unde magnus deberet eſſe in nobis ignis
charitatis.quia ſcḋm ligna ſiluaruꝫ ſic exar/
deſcet ignis. Eccli.xxviij ¶ Item diligẽduſ
eſt deus ex tota mẽte perſeueranter vl̓ me/
moriter.quia qui bene amat ſemper amat
retroponens obliuioneꝫ amati. Uñ Pro
uerbiorũ.xvij. Omni tempore diligit qui
amicus eſt.non ſicut illi quorũ amor non
habet niſi ſolã preſentiam rei.ſcilicet circa
paſca vl̓ in quadrageſima. qui ſimiles flo
ribus ſunt qui tãdiu grati ſunt q̃ꝫdiu recẽ
tes ſunt Chryſoſtomus. Quid eſt diligere
ex tota mente.niſi vt omnes ſenſus tui do
vacent.ſapientia.intellectuſ. cogitatio.me
moria. Qui ergo aliquẽ iſtoruꝫ circa tem/
poralia occupat.iam nõ ex tota mente de/
um amat ¶ Item ſi ille qui turpiter amat
non poteſt cogitare niſi de eo quod amat
Sic qui bene deum amaret ſemper de eo
cogitaret. Bernardus. O amor impetuo
ſe qui preter te aliud cogitare non ſinis.
Sapie.vj. Cogitare de illa ſenſus eſt con/
ſummatus.et qui vigilauerit propter illã
cito erit ſecurus ¶ Secundo videndum
eſt quare amandꝰ eſt deus. Quattuor de
cauſis ſolet aliquis diligi ab alio.

Uel cauſa attinentie
Uel quia delitie in eo inueniuntur.
Uel beneficijs ſuis meruit.
Uel quia beneficia ſperantur ab eo.

¶ Primo cauſa attinentie amanduſ eſt
deus.quia pater et frater noſter eſt. Mat
thei.xxiij. Patrem nolite vocare vobis ſu
per terram. Unus eſt pater veſter qui in
celis eſt.ſ.deus Si filius naturaliter amat
patrem.a quo habet partẽ corporis.quan
to magis debet amare deum qui corpus ⁊
animam eius ex nihilo fecit. Auguſtinus
Amandus eſt generator.ſed preponẽduſ
eſt creator. Eccli.vij. Dilige dominũ deuꝫ
tuum qui te fecit in tota anima tua ¶ Se
cundo amandus eſt deus.quia delitie in
eo inueniuntur. Bernardus. Si tanta in
uenit̃ delectatio in portiuncula creature.
quanta inuenitur in ipſo creatore. Augu
ſtinus. Quicquid preter ipſum eſt.nihil ẽ
dulce non eſt. Guſtate ergo et videte quo
niam ſuauis eſt dominus beatus vir qui
ſperat in eo.id eſt.totam ſpem ſuaꝫ figit in
illo. Et tali datuꝫ eſt ſentire ſuauitatẽ. Uñ

eius amoꝛ eſt ſuauiſſimus. quod patet. qꝛ
omnem aliū amoꝛē contemnit. Exemplū
ſapoꝛiſ mellis qui tollit omnē alium ſapo
rem. Eius ſuauitas ad amandum ipſum
nos attrahere debet. pſalmiſta. Suauis
dominus vniuerſis qui non habent pala
tum infectū febꝛe vel veneno Ipſius enim
dulcedinē dei non ſentit. qui de febꝛe iniq-
tatis palatū coꝛdis amiſit. ¶ Tertō amā-
dus eſt deus. quia beneficijs ſuis meruit.
Bernardus. Multum de nobis deꝰ me-
ruit. quia ſeipſum nobis in pꝛecium dedit
Ecce domine qꝛ me feciſti debeo me amo-
ri tuo totuꝫ. quia me redemiſti. debeo me
amoꝛi tuo totum. Non eſt ita lignum fri-
gidum vel aquoſum quod non ſuccenda
tur ſi ponatur in foꝛnacem vel clibanum.
Sic nec coꝛ aliquod ita tepidum ſi pona-
tur ī foꝛnace amoꝛis dei. et intuetur quan
tum in paſſione nos amauit. quod nō ac-
cendatur ad amanduꝫ ipſum. pſalmiſta.
Carbones ſuccenſi ſunt ab eo. Bernardꝰ
Super omnia te reddit amabileꝫ bone ie-
ſu calix paſſionis quem bibiſti. opus redē
ptionis noſtre. Hic enim amoꝛem noſtꝝ
ſibi facile vendicat totū ¶ Quarto aman
dus eſt deus. quia beneficia ſperantur ab
eo. ſcilicet gloꝛia eterna. Bernardꝰ. Quia
tanta pꝛomittis debeo me amoꝛi tuo totū
p̄ma Coꝛinth. ij. Oculus non vidit nec au
ris audiuit nec in coꝛ hominis aſcendit q̄
pꝛeparauit deus diligentibus ſe ¶ Tertō
videndum eſt qui diligātur a deo ¶ Pꝛi
mi ſunt iuſti. pſalmiſta. Dominus diligit
iuſtos tanq̄ꝫ ſimiles ſibi. quia omne aīal
diligit ſimile ſibi. pſalmiſta. Juſtus domi-
nus ꝛ iuſticiaꝫ dilexit. Pꝛouerbioꝛuꝫ. xv.
Qui ſequitur iuſticiā diligit a deo ¶ Se
cundi miſericoꝛdes. pſalmiſta Diligit mi
ſericoꝛdiā. ꝛ maxime quando ſit cum hila
ritate. ij. Coꝛinth. ix. Hilarem datoꝛem di-
ligit deus. Chꝛyſoſtomus. Tali vultu reci
piet deus ea que facis. cum quali facis.
¶ Tertij ſunt patiētes. Apocalip̄. iij. Ego
dilexi te. quia ſeruaſti verbū patientie mee
id eſt. mandatū patientie. quā dico meis.
quia docui verbo oſtendi exemplo. vl' me
am patientiaꝫ dicit ſuam. quia ipſe iuuat
nos ipſe poꝛtat plus ꝛ nos minus. pſalmi
ſta. Tu es patientia mea. ¶ Quarti ſunt
veraces. pſalmiſta. Ecce enī veritateꝫ dile-
xiſti. Idem. Miſericoꝛdiā et veritatem di
lexit dominus. ¶ Quinti ſunt ſimplices
.j. Paralip̄. xxix. Scio domīe quia ſimpli
citatem diligis. quod patet. quia cum tali
bus eſt colloquiū ſuum. Pꝛouerb. iij. Cū
ſimplicibus ſermocinatio eius. ¶ Sexti
ſunt diligentes Pꝛouerb. viij. Ego diligē
tes me diligo. me dicit. non mea. ¶ Septi
mi ſunt perſeuerantes. Sap̄. vij. Neminē
diligit deus niſi eum qui cum ſapiētia in
habitat. id eſt. perſeueranter cum ipſo ha-
bitat Non enim querit deus hoſpiteꝫ vni
us noctis. nec ponit ibi pedem niſi ad ma-
nendum. Joh. xiiij. Ad eū veniemꝰ ꝛ mā-
ſionē apud eū faciemꝰ

¶ De amoꝛe pꝛoximi.

Flumen qui in alto
oꝛitur de facili ad loca infima di-
riuatur. Sic amoꝛ ſi ō dō plene
ꝛ integre habeatur. deinde ad pꝛoximum
recte deriuatur. vt pꝛoximus pꝛopter deū
ametur. Unde Auguſtinus. Nemo pōt
veraciter eſſe amicus hominis niſi p̄us fu
erit ipſius veritatis. Gregoꝛiꝰ. Per amo
rem dei amoꝛ pꝛoximi gignitur. et ꝑ amo-
rem pꝛoximi amoꝛ dei nutritur. Amādus
eſt ergo pꝛoximus. Et hoc multipliciter.
¶ Pꝛimo amandus eſt amoꝛe gratuito.
non ex pꝛecedentibus meritis. ſic chꝛiſtus
dilexit nos. Auguſtinus. Uera amicicia
non penſanda eſt tempoꝛalibꝰ cōmodis.
ſed gratuito amoꝛe poꝛtanda. hoc ē ama-
re per finales amoꝛes. Tunc eſt enim fina
lis amoꝛ quando eſt purus. id eſt. affinis.
ſicut aurū ſe affinat in foꝛnace ꝛc. vt ſupra
in pꝛecedenti capitulo. ¶ Item cauendū
eſt in huiuſmodi amoꝛe ne oꝛiatur ex bo-
nis nature vl' foꝛtune. quia vix aſcenderet
vſqꝫ ad bonum gratie. Aqua enī nō aſcē
dit vltra q̄ꝫ oꝛiatur. ſed ad locum vnde exe
unt flumina reuertūtur. Eccleſiaſtes. j. Jō
dicitur Ecc̄i. xiij. Attende auditui tuo q̄ni

am cũ ſubuerſione tua ambulas ¶ Item amãdus eſt amore recto, nõ reflexo ad terram. Hieronymus. Delicata eſt amicicia que amicorũ felicitatẽ et diuitias ſeq̃tur. Illiuſmodi homines non vident amicos ſed ſeipſos diligere. Sicut canis carneuʒ os amplectitur et ſeruat q̃ʒdiu inuenit in eo quod rodat. ſed nuduʒ ſine carne relinquit. Sic meretrices leccatores. Seneca. Qui vtilitatis cauſa aſſumptus fuerit. tã diu placebit q̃ʒdiu vtilis fuerit Item arbor diligenter ſeruatur et frequẽter viſitatur q̃ʒdiu in eo ſunt fructus. Sed ablatis fructibus ſine cuſtodia relinquitur. vt patet in vineis et hortis. que tempore fructuum clauduntur ⁊ cuſtodiũtur. ſed amotis fructibus exponunt̃. Eſa. j. Relinquitur filia ſion vt vmbraculuʒ in vinea. ſicut tugurium in cucumerario. quando ſcʒ nõ ſunt fructuſ. Item tales ſimiles ſunt pullis vulpium qui quando nõ inueniunt lac ĩ maternis vberibus mordent dentibus ⁊ lacerant. et tanq̃m extraneas reputant. Apoſtolus ad Gal'. v. Qꝫ ſi inuicem mordetis ⁊ comeditis. videte ne ab inuicem cõſumamini. ¶ Iteʒ amand⁹ eſt amore diſcreto. Amor diſcretuſ perſonas amat ⁊ vitia perſequitur. nec ſic perſonis cõdeſcẽdit ꝙ viciјs implicetur Roma. xiij. Dilectio proximi malũ nõ operatur. gloſa. qui diligit homines aut quia iuſti ſunt, aut ꝙ ſint iuſti diligere debet. Qui enĩ aliter ſe diligit ĩiuſte ſe diligit. Qui autẽ ſe diligere neſcit nec proximũ ſuũ ſicut ſeipſum diliget. Auguſtinus. Vide ſi noſti diligere temetipſum ⁊ cõmitto tibi proximũ vt eũ diligas tãq̃ʒ temetipſum. Itẽ ſi te interrogem vtruʒ diligas te. reſpondes. quia diligis. quis eniʒ ſe odit. ergo non diligis iniquitatẽ. Nam ſi diligis ĩiquitatẽ odis te. pſalmiſta Qui diligit iniquitatẽ odit animã ſuam. Quomodo ergo volebas tibi cõmitti proximũ tuũ vt diligeres eum tanq̃ʒ teipſum. q̃ perdis te. Si enĩ ſic te diligis vt perdas te. ſic profecto perditurus es euʒ quem diligis ſicut te. Nolo ergo queq̃ʒ diligas. ſol⁹ pereas. aut corrige dilectioneʒ. aut reſpue ſocietatem. Tullius. Hoc idem ſentio niſi in bonis amiciciam eſſe non poſſe. Naʒ qui ea in malo vtitur non iam ſibi amicus exiſtit nec illi qui propter amicos odiunt alios. Unde dicitur Eccleſiaſtici. vj. Noli eſſe pro amico inimicus proximo tuo. vel illi qui propter amicos periurant vel aliud malum faciunt. Tullius. Lex amicicie requirit vt nec rogemus res turpes. nec faciamus rogati. nulla enĩ eſt excuſatio ſi amicicie cauſa peccaueris ¶ Item amandus eſt amore perſeueranti. Prouerbioꝝ. xvij Omni tempore diligit qui amicus eſt. nõ ſicut illi quoruʒ amor non habet niſi ſola preſentia qui ſimiles ſunt floribuſ tamdiu gratis q̃ʒdiu ſunt recentes. Talium amor tamdiu durat q̃ʒdiu durat beneficium. vt amor meretricũ. Eccleſiaſtici. vj. Eſt amicus ſocius menſe ⁊ non permanet ĩ die neceſſitatiſ. id eſt. tribulationis. ſicut diſcipuli concomitati ſunt ieſum ad nuptias. ſed in paſſione reliquerunt eum. Sic milui et cornices ſequuntur vetulam quando portat cepas ad forum. ſed in reditu non. vel quando vadit ad eccleſiaʒ. Seneca. Miluus cadauera. lupi oues. frumenta formice predam. non hominem ſequitur iſta turba. Gregorius. Cum quis poſitus in proſperitate diligitur. incertum valde eſt vtrum poſſeſſor vel proſperitas diligatur Amiſſio felicitatis interrogat dilectioneʒ. Qui enim in aduerſitate proximũ deſerit aperte cognoſcitur ꝙ hunc in ꝓſperitate non amauit

¶ De amore inimicorum

Debemur auteʒ inimicos amare propter tria. ſcilicet Ut chriſtum imitemur Magis lucremur. Ne ingrati ſimus. ¶ Primo vt chriſtum imitemur tanq̃m filiј patrẽ. quia tantũ dilexit nos cũ adhuc inimici eſſemus ꝙ pro nobis mori voluit Quis enĩ taʒ inſanus amator q̃ p aliq̃ rehabenda faceret q̃d ip̃e fecit p aĩa hominiſ habenda. Quid p ea acquirenda. Deus

paupertatẽ habuit. amicos ſuos morti ex
poſuit. ⁊ ĩ ſeipo turpiſſimã mortẽ ſuſtinuit
Ephe. ij. Propter nimiaꝫ charitatẽ ſuam
qua dilexit nos cum eſſemus mortui ĩ pec
catis cõuiuificauit nos chriſtus. Iteꝫ pro
crucifixoribus ſuis rogauit. Unde ſimile
a nobis requirit Matthei. v. Diligite ini
micos veſtros benefacite his qui oderũt
vos. vt ſitis filij patris veſtri qui in celis ẽ.
quia dicitur Eccl. x. Scdm iudicem popu
li. ſic ⁊ miniſtri eius. ❡ Item vt magis lu
cremur in mercibus. Ubi enim magis lu
cratur ſolent mercatores ponere nũmos
ſuos. ⁊ in terra magis fertilius iacitur ſemen
⁊ ideo amor cordis ponendus eſt in inimi
co. quia fructuoſior et lucrabilior. Fortior
eſt enĩ ignis in aqua vel humido. quia in-
uenit quod ſibi reſiſtat. ⁊ frumentum ⁊ vi
num precioſiora ſunt vbi non creſcũt. Si-
militer amor in inimico et odiente. Mat-
thei. v. Si diligitis eos q̇ vos diligũt quã
mercedem habebitis. quaſi diceret. ꝑuam
vel nullã. quia canis ⁊ ſarraceni hoc faciũt
❡ Item ne ingrati ſimus. ſi magis benefa
cientes nõ diligimus. Sꝫ malefactor nos
acquirit apud deum. ſi patienter iniuriaꝫ
ſuſtinemus. benefactor vero nos obligat
ad vicem reddendã. Qui autem acquirit
nobis magis diligendus eſt vt videtur q̄ꝫ
qui obligat. et ita magis videtur eſſe diligẽ
dus inimicus ❡ Item quia per ipſuꝫ ma
gis lucramur. et aurũ ⁊ argentũ ⁊ lapides
precioſos nobis proijcit et coronam fabri-
cat eternam. quando malũ nobis facit vl
contumeliã dicit. Prouerb. xi. Stultꝰ ſer
uiet ſapienti

❡ De amore ſanctorum

Poteſt autem co
gnoſci charitas et amor ſancto
rum ad inuicẽ per ſimilitudineꝫ
membroꝝ in corpore. Et attendi ĩ hec ſimi
litudo in ſeptem ❡ Primũ eſt ꝙ membꝝ
vnũ officium ſuũ ſibi non appropriat. ſed
gratis alijs miniſtrat. Oculus enĩ nõ ſibi
ſed omnibus alijs mẽbris operatur Pes
non ſibi ſed omnibus alijs mẽbris et toto
corpori. et totũ corpus portat Sic quilibꝫ
iuſtus non ſibi ſoli. ſed omnibus cõmuni
care debet ſi quaꝫ habet gratiam. Roma.
xij. Multi vnũ corpus ſumus in chriſto.
ſinguli autem alterius membra. ꝑme Pe
tri. iiij. Unuſquiſqꝫ enĩꝫ prout accepit gra
tiam in alterutrum illam adminiſtrantes
ſicut boni diſpenſatores ⁊c̄. Ambroſiꝰ Nõ
eſt fraternus amor niſi ſe mutuis preueni
ant obſequijs. ❡ Secundũ eſt ꝙ vnũ mẽ
brum non inuidet alij membro. licꝫ nõ ha-
beat ita dignum et honorabile officium ſi
cut aliud habet. j. Corinth. xij. Si totuꝫ cor
pus oculus. vbi auditus ⁊c̄. Si omnia mẽ
bra eſſent vnum membrũ vbi corpꝰ. Stel-
la differt a ſtella in claritate. ſicut dicit apo
ſtolus. j. Corinth. xv. et tamen claritati alte
rius illa que minorem habet non inuidet.
Auguſtinus. Auertat deus peſtem inui-
die ab animis omniũ hominum ❡ Terti
um eſt ꝙ membra inferiora magis hono
rantur. vt dicit apoſtolus. j. Corinth. xij. ꝙ
membra infirmiora neceſſaria ſunt. ⁊ que
putamus infirmiora vel ignobiliora mẽ
bra corporis. his abundantiorẽ honorem
circumdamus. Sic tu qui membruꝫ chri
ſti es. non debes eos qui ignobiliores eſſe
videntur deſpicere. quia ipſum cuius ſũt
membra deſpiceres. Sicut ipſe dicit ĩ euã
gelio Luce. x. Qui vos ſpernit me ſpernit.
Chryſoſtoꝰ. Sicut homo intelligit ꝙ mẽ
brum habeat honorabilius in corpore ſuo
vel honeſtius. ipſum autẽ membrũ non ſe
cognoſcit ſi honorabilius vel contempti
bilius fuerit. Sic differentiã inter ſanctuꝫ
et ſanctum ſolus deus cognoſcit. cuiꝰ mẽ
bra omnes ſumus. Ipſis autẽꝫ ſanctis nõ
eſt conceſſum vt cognoſcant ſuam differẽ
tiam ad inuicem. ne meliores ſuperbiant
contra deteriores. nec deteriores triſtẽtur
contra meliores. Si ergo tu membrũ chri
ſti te preferas alijs membris. cuꝫ tibi non
ſit conceſſum dignitatem tuã cognoſcere.
ſed ſoli chriſto cuius mẽbrũ es. iudiciũ tu
um et alioruꝫ relinquas. ❡ Quartũ eſt ꝙ
illud q̊d vnũ mẽbrũ recipit alijs oĩbus cõi
cat. Si võ aliq̇d plꝰ debito ſibi retinet ḋeo

quod ſibi attribuitur ad malū ſuū retinet
quia eſt cauſa apoſtematis vel alterius i-
firmitatis. Sic eſt inter fideles ⁊ maxime
clauſtrales. cum aliquis vltra neceſſitatē
retinet nec vult alijs cōmunicare ad malū
ſuū retinet. Eccleſiaſtes. v. Eſt infirmitas
peſſima quā vidi ſub ſole diuitie cōſerua-
te in malū domini ſui Cōmunica ergo q̄d
habes vt ſis ſocius eorum in lucro. Sicut
mercatores aſſociant ſe in nundinis. vt q̄c-
quid lucrātur ſit in cōmune. Itaqз eſt de
cōmuniōe ſanctorū. Ideo dicit pſalmiſta.
Participē me fac deus omniū timentiū
te ⁊c. Particeps ego ſum omniū timenti-
um te ⁊ cuſtodientiū mandata tua Qui-
tum eſt ꝙ vnū membrū ſibi reputat fieri
quod alteri membro fit in eodē corpore ſi-
ue bonū ſiue malū ſit. Unde ſi leditur pes
os cōqueritur et dicit ledis me. Si calcei
dant tibi. os regratiat et dicit. calciaſti me.
Sic ſi membrū chriſti es debes reputare
tibi quod fratri vel ſorori fit. vt eius mala
tua reputes per cōpaſſionē. et bona ſibi fa
cta. tribuas tibi per congratulationem. j.
Corinth. xij. Si quid patitur vnū mēbrū
cōpatiuntur omnia membra. Seneca lo-
quens cuidā amico ſuo. Mihi id expedit
quod tibi. aut non ſis amicus niſi q̄cquid
agitur ad te pertinens meū eſt. conſortiū
enī rerū inter nos facit amicicia. ¶ Sextū
eſt. ꝙ ſi vnū membrū leſum fuerit ab alio
membro. ſe non vindicat. Carpentari⁹ li-
gna cedendo pedē incidit. pes leſus d̄ ma-
nu ledente ſe non vindicat. Sic tu ſi mem
brum chriſti vere es non vindictā queras
ſed patientiā exhibebis. Roma. xij. Nulli
malum pro malo reddas ¶ Septimū eſt
ꝙ vnū membrū pro alio leſioni ſe exponit.
vt manus pro oculo. Sic tu ſi vere mēbrū
corporis chriſti es malū pene. ne frater tu
us culpe leſionē incurrat. debes in te velle
ſuſcipere. exēplo chriſti capitis tui. qui in
cruce ſcapulis ſuis obumbrauit tibi mor-
tis ictum ſuper ſe recipiens. ne ſup te ict⁹
diuine vltionis deſcēderet Ideo in hoc co
gnoſcimus charitatem dei. ꝙ ipſe ꝑ nobis
animā ſuā poſuit. ⁊ nos debem⁹ ꝑ fratri-
bus noſtris aīas ponere

¶ De aſpectu dei

Om̄ vir⁹ vl' aſpe
ctus aliarum creaturarum vir-
tutem et effectū habeant in crea-
turis. Dicitur enī ꝙ baſiliſcus ſolo aſpectu
interficit. Dicit etiā Ambroſius ꝙ aſpect⁹
iuſti plerumqз correctionis eſt ammoni-
tio Unde non eſt mirū ſi aſpectus dei effe
ctum habeat in homine. Apoc. v. dicitur.
ꝙ agnus occiſus habebat ſeptem oculos.
id eſt. ſeptē effectus habet viſus eius ī ho
mine ¶ Primus eſt timoris incuſſio Si
cut reus ex aſpectu iudicis terretur. ſic pec
cator ex aſpectu dei. Rex enim qui ſedet in
ſolio iudicij intuitu ſuo diſſipat omne ma
lum. quia per timorē domini declināt om
nes a malo. pſalmiſta. Qui reſpicit terrā.
id eſt. hominē terrenū. et facit eū tremere.
ij. Machab. xv. Honora eū qui vniuerſa
reſpicit. vt non facias in eius preſentia q̄d
non faceres in pſentia hominis. Ecc. xxiij.
Oculi dn̄i multo plus lucidiores ſup ſolē
ſunt circūſpicientes omnes vias hoīum.
¶ Secundus effectus eſt boni propoſiti
inſpiratio. Unde anna ad conſpectuз do
mini cōcepit ſexū virilē. id eſt. opus virtu
oſum. j. Regū pmo. Si reſpiciens videris
afflictionē ancille tue dederitqз mihi dn̄s
ſexū virilem. dabo eū domino per rectam
intentionē et gratā. Sic reſpexit elizabeth
que concepit iohannē. id eſt. opus gratio
ſum Luce. j. Quia ſic fecit mihi dominus
in diebus quibus reſpexit auferre oppro-
brium meū inter hoīes. Sic et reſpexit be
atam virginem et concepit chriſtuз opus
noſtre ſalutis. Luce pmo. Reſpexit humi
litatem ancille ſue. Nota de illis qui con
cipiunt ſine partu. Capitulo de voluntate
bona. ¶ Tertius eſt culpe remiſſio ꝑ gra
tiaз. pſal. Remiſiſti impietatē peccati mei
pro hac orabit ad te oīs ſanctus ī tpe opor
tuno. Lu. xxij. Conuerſus domin⁹ reſpexit
petrū. et egreſſus foras per confeſſionem.
fleuit amare per contritionē. Nec miruз.
quia oculi domini quaſi flāma ignis corā

miraculū p eū factū. ¶ Tertia. Quis fuit
ſpōſus in pdictis nuptijs.
¶ In dn̄ica ſecūda legit̄ euāgeliū Cum de
ſcendiſſet ieſus de mōte ⁊c. Math. viij. In
quo narrant̄ duo miracula. vnū de ſanati-
one leproſi. aliud de ſeruo cēturionis. Cir-
ca qd poſſunt diſputari ſequētes q̄ſtiōes.
¶ Circa pmū querit̄. Utrū ꝯueniēs fuit ꝙ
chriſtꝰ leproſū tangēdo ſanaret ¶ Secun
do. Utrū ſit verū ꝙ ille leproſus lō poſtq̄s
fuit ſanatꝰ iuſſus eſt ire ad ſacerdotē ad ſi-
gnificandū ꝙ mūdatꝰ a lepra peccati p cō-
tritionē ſacerdoti teneat̄ ſe oſ̄ndere p ꝯfeſſio
nem ¶ Tertio q̄rit̄. Utrū in chriſto cadat
admiratio ¶ Quarto. Utrū verū fuit q̄ n̄
ſit inuēta tāta fides in iſrael quāta in cētu-
rione.
¶ In dn̄ica tertia eſt euāgeliū. In illo tpe
Aſcendēte ieſu in nauiculā ⁊c. Math. viij
Circa qd veniūt diſputāde ſequētes q̄ſtio
nes. ¶ Prima Utrū eccia vniuerſalis ſ̄m
ꝯta gloſam p nauiculā deſignata tēpeſtate
alicuiꝰ tribulatōis q̄nq̄ꝫ ita ꝯcutiet̄ vt nau
fragiū patiat̄ ¶ Secūda. Utrū fuit verū
ꝙ mare ⁊ vēti obediūt chriſto.
¶ In dn̄ica q̄rta pꝰ octauas epiphanie ē
euangeliū. In illo tpe dixit ieſus pabolam
hāc. Sīle eſt factū regnū celoꝝ homini ⁊c.
Mat. xiij. Circa qd pn̄t diſputari ſequētes
q̄ſtiones. ¶ Prima. Utrū diabolꝰ ſupſe-
minauerit ziʒaniā. i. hereſes in agro dn̄ico.
¶ Scđa. Utrū heretici ſint eradicādi per
morte de vita pn̄ti
¶ In dn̄ica. lxx. ē euāgeliū. In illo tpe dixit
ieſus pabolā hāc ⁊c. Mat. xx. Circa qd pn̄t
diſputari ſequētes queſtiōes ¶ Prima.
Utrū oēs hoies ad etnā beatitudinē a deo
ſint vocati ¶ Secūda. Utrū regrant̄ aliq̄
opa hoīm ad beatitudinē ꝯſequēdā a deo.
¶ Tertia. vtrū omniū laborātiū in vinea

dñi ſit vnũ remuneratiõis p̃miũ.
¶ In dñica ſexageſime eſt euãgeliũ. In il-
lo tpe. Cũ turba plurima ꝛc. Lu. viij. Circa
qͦd pñt diſputari ſequẽtes q̃ſtiones ¶ Pri
ma. Utrũ ꝯueniẽter chriſtꝰ plus fuerit i p̃-
dicatiõe ſua pabolis ¶ Secũda Utrũ pa
rabole ille chriſti ꝯtineãt veritatẽ ſm ſenſũ
litteralem.
¶ In dñica in q̃nquageſima ẽ euangeliũ.
Aſſumpſit ieſus .xij. diſcipulos ꝛc. Lu. xviij
In qͦ p̃dicit diſcipulis ſuis paſſionem ſuaꝫ
Circa qͦd pñt diſputari ſequẽtes q̃ſtiões
¶ Prima. Utrũ neceſſariũ fuit chriſtum
pati p humani generis liberatione.
Secũda Utrum ꝯueniẽter elegit pati i hie
ruſalem ¶ Tertia. vtrũ ꝯueniẽs fuit vt eti
am pateret̃ a gẽtibus
¶ In dñica p̃ma in quadrageſima ẽ euan
geliũ. In illo tpe. Ductꝰ ẽ ieſꝰ in deſertũ a
ſpũ vt tẽptaret̃ a diabolo Matth. iiij. Et qꝛ
in hoc euãgelio fit mẽtio de duobꝰ. de ieiu
nio ⁊ tẽptatione chriſti. Pñt he q̃ſtiones
diſputari. ¶ Prima. vtrũ ad ieiuniũ qua
drageſime oẽs teneant̃ ¶ Secũda. vtrum
ieiuniũ quadrageſime debito tpe obſeruet̃
¶ Tertia eſt. vtrũ cõueniẽs fuit chriſtuꝫ a
diabolo temptari
¶ In dñica ſecũda quadrageſime legitur
euangeliuꝫ illud. In illo tpe. Aſſũpſit ieſuſ
petrũ ⁊ iohem ꝛc. Matth xvij. Circa quod
pñt diſputari ſequentes q̃ſtiones ¶ Pri
ma. vtrũ ꝯueniẽs fuit chriſtũ trãſfigurari.
¶ Secũda. vtrũ ꝯueniẽter ibi ſunt inuẽti
teſtes trãſfigurationis. Moyſes helias ⁊
petrus ⁊ iacobꝰ ⁊ iohes. ¶ Tertia. vtrum
errauit petrꝰ dicẽs. Bonũ eſt nos hic eſſe.
⁊ petẽs tria tabernacula fieri. chriſto vnuꝫ.
helie vnũ. ⁊ moyſi aliud
¶ In dñica tertia q̃drageſime eſt euãgeli-
um. In illo tpe. Erat ieſus eijciẽs demoni-
um ꝛc. Luc. xj. Circa qͦd pñt he queſtiones
diſputari ſequẽtes ¶ Prima. vtrũ chriſtꝰ
ſufficiẽter oñdit ſe nõ in beelzebub ſed i vir
tute dei eijcere demonia. ¶ Secũda. vtrũ
ſufficiẽs fuit illud argumẽtũ chriſti. Si in
digito dĩ eijcio demonia pfecto venit i voſ
regnũ dei. i. chriſtꝰ ſiue meſſias. pmiſſus in
lege venit ¶ Tertia eſt. Utrũ ꝯueniẽs fuit
ꝙ carnẽ ſumeret de femina. quia dicit̃ Bea
tus venter ꝛc.
¶ In dñica quarta eſt euangeliũ. Abijt ie
ſus tranſ mare qͦd eſt tiberiadis ꝛc. Joh. vj.
Circa qͦd poſſunt hec diſputari ¶ Primo
Utrũ ꝯueniẽter chriſtꝰ ſatiauit quinqꝫ mi
lia hominũ de q̃nqꝫ panibꝰ q̃ reperti ſunt
apud quendam in ſocietate ¶ Secundo
Utrũ cõueniẽter chriſtꝰ ſatiauit q̃nqꝫ mi
lia hominũ de panibꝰ ordeacijs ⁊ nõ d tri-
tico. ¶ Tertio. vtrũ chriſtꝰ fuit verꝰ pphã.
ſicut dr in euãgelio
In dñica in paſſione eſt euangeliũ. In illo
tpe. dicebat ieſus turbis iudeoꝝ ꝛc. Jo. viij.
Circa qͦd poſſunt diſputari ſequẽtes q̃ſtio
nes. ¶ Prima eſt. Utrũ chriſtꝰ potuit re
dargui de aliquo pctõ ¶ Secũda eſt. vtꝝ
chriſtꝰ debuit ſine offenſione iudeis p̃dica
re ¶ Tertia eſt. vtrũ ſit verũ ꝙ abraam vi
dit diem chriſti
¶ In dñica ramiſpalmarum legit̃ paſſio
chriſti ſm Mattheũ. xxvj. Circa quaꝫ pñt
hec diſputari ¶ Primo. vtrũ alius poſſi-
bilis fuerit ⁊ ꝯueniẽtior modus liberatõis
humani generis. q̃ꝫ per paſſionem chriſti.
¶ Secũdo. vtrũ ꝯueniẽter chriſtꝰ tali die
voluit cũ regali honore intrare hierlm.
¶ In feria ſecunda legit̃ euangeliũ. Añ ſex
dies ꝛc. Joh. xij. Circa qͦd pñt hec diſputari.
¶ Primo. vtrũ ꝯueniẽs fuit vt chriſtꝰ ſu-
per caput ſuũ vnguentũ tanti p̃cij ſuperin
fundi pmitteret ¶ Secũdo. vtrũ chriſtus
cõueniẽter loculos cũ pecunia ſecũ porta-
ri pmiſerat ¶ Tertio Utrũ cõuenienter lo
culos pecunie portãdo iude cõmiſerit.
¶ In feria tertia legit̃ paſſio ſm Marcuꝫ
xiiij. Circa quã paſſionem pñt he q̃ſtiones
diſputari ¶ Prima. vtrũ petrus peccauit
mortalit̃ negãdo chriſtũ. ¶ Secũda. vtrũ
poſtq̃ꝫ chriſtus p̃dixit petrũ ſe negaturuꝫ
fuit poſſibile petrum nõ negare chriſtum.
¶ Tertia. vtrũ omẽs aplĩ fugiẽtes capto
chriſto peccauerũt mortalit̃.
¶ Feria quarta legit̃ paſſio ſm Lucã. xxij
Circa quã pñt diſputari q̃ſtiones ſequen-
tes ¶ Prima vtrũ iudas vẽdẽdo chriſtũ

cõmiſerit ſymoniã. ¶ Secunda. Utrum peccatũ crucifigentiũ chriſtũ fuit grauiſſimũ. ¶ Tertia vtrũ volũtas humana ĩ chriſto aliud voluerit q̃z deꝰ voluerit

¶ In feria q̃nta die cene eſt euãgeliuz. Añ diẽ feſtũ paſce ꝛc. Joh. xiij. Circa q̃d poſſunt diſputari ſequẽtes queſtiões. ¶ Prima. Utrũ ↄueniẽter in die cene inſtitutũ eſt ſacramẽtũ eucariſtie. ¶ Secũda Utrum ↄueniẽter chriſtꝰ in die cene iude ꝓditori tribuerit ſacramentũ corpis ꝛ ſanguĩs ſui. ¶ Tertia Utrũ poſt buccellã intinctam a chriſto iude porrectã diabolus intrauit in eum.

¶ In feria ſexta ĩ q̃ fit mentio ď morte chriſti legit̃ paſſio Joh. xviij. Circa quã poſſũt diſputari ſeq̃ntes queſtiones. ¶ Prima. Utrũ ↄueniens fuit chriſtũ mori. ¶ Secunda Utrũ alia paſſio chriſti ſuffeciſſz q̃z mors ꝑ redẽptiõe humani generis ¶ Tertia. Utrũ ↄueniẽs fuit chriſtũ cũ latronibꝰ crucifigi

¶ Sabbato ſancto legit̃ euangelium Ueſpere autẽ ſabbati ꝛc. Math. xxviij. Circa q̃d pñt diſputari ſequẽtes queſtiones.

¶ Prima Utrũ ↄueniẽs fuit chriſtũ ſepeliri. ¶ Secũda Utrũ ↄueniens fuit vt chriſtus ad infernũ deſcẽderet ¶ Tertia. Utrꝫ chriſtꝰ totꝰ fuit in inferno

¶ In die reſurrectiõis domini legit̃ euangelium. In illo tpe. Maria magdalena ꝛc. Mar. xvj Pñt diſputari ſequẽtes q̃ſtiões ¶ Prima. Utrũ neceſſariũ fuit chriſtũ reſurgere. ¶ Scđa. Utrum cõueniens fuit chriſtũ tertia die reſurgere ¶ Tertia Utrũ totꝰ ſanguis q̃ ꝑ eũ fuſus eſt ꝑ humana redemptiõe ſit ĩ reſurrectiõe reaſſumptꝰ.

¶ In die lune legit̃ euangeliũ. In illo tpe. Duo ex diſcipulis ꝛc. Luce. xxiiij. Circa q̃d pñt diſputari ſequẽtes q̃ſtiones. ¶ Pria eſt. Utrũ ↄueniẽs fuit vt chriſtꝰ in alia effigie diſcipulis appareret ¶ Secũda. Utrũ cõueniẽs fuit q̃ chriſtꝰ veritatẽ reſurrectõnis ſue argumẽtis ꝓbauerit. ¶ Tertia eſt. Utrũ argumẽta que chriſtꝰ induxit ſufficienter manifeſtauerint reſurrectionis eius veritatem.

¶ Die martis eſt euãgelium. In illo tpe. Stetit ieſus ꝛc. Lu. vlt. Circa q̃d pñt diſputari ſequẽtes q̃ſtiones. ¶ Prima. Utruz cõueniẽs fuit chriſtũ reſurgere cũ cicatricibus ¶ Scđa. Utrũ chriſtꝰ cõuenienter palpabilem diſcipulis ſe exhibuit. ¶ Tertia Utrũ chriſtꝰ poſt reſurrectionez vere comedit incorpando ſibi cibũ

¶ In octauis paſce eſt euãgelium. In illo tpe. Cũ ſero eſſet die illo ꝛc. Joh. xx. Circa q̃d pñt dici ſequentes queſtiones ¶ Prima Utrꝫ ↄueniẽs fuit vt chriſtꝰ poſt reſurrectionẽ cũ diſcipulis cõtinue conuerſaretur ¶ Secũda. Utrũ chriſtus intrauit ad diſcipulos clauſis ianuis. ¶ Tertia Utrum thomas cicatrices chriſti tetigerit vel tãtũ viderit

¶ In dominica ꝓma poſt octauas paſce eſt euangelium. In illo tpe dixit ieſus diſcipulis ſuis. Ego ſum paſtor bonus. Joh. x. Circa q̃d poſſunt diſputari ſequentes q̃ſtiones. ¶ Prima. Utrꝫ bonꝰ paſtor chriſtꝰ poſuit aiam ſuã in p̃ciũ redemptiõis pro ouibus ſuis. ¶ Secũda. Utrũ bonus paſtor teneat̃ ponere aiam ꝑ ouibꝰ ſuis ¶ Tertia Utrũ licitũ ſit paſtori ꝑſecutõis tpe gregẽ ſuũ relinquere

¶ In dominica ſecũda eſt euangeliuz. In illo tpe dixit ieſus diſcipulis ſuis. Modicum ꝛc. Joh. xvj. Circa q̃d poſſũt diſputari ſequẽtes queſtiones. ¶ Prima. Utrum apli de morte chriſti debuerũt dolere et contriſtari. ¶ Secũda. Utruz gaudiũ de viſiõe chriſti ĩ eterna beatitudine ſit auferibile ab apoſtolis

¶ In dñica tertia eſt euãgeliũ. In illo tpe dixit ieſus diſcipulis ſuis. Uado ad eũ q̃ ꝛc. Joh. xvj. Circa q̃d pñt hec diſputari.

¶ Primo. Utrum expediebat diſcipulis vt chriſtꝰ ſubtraheret pñtiam corpalem ab eis. ¶ Secundo. vtrũ ſpũſſanctꝰ erit arguiturus mũdũ de pctõ ꝛ de iuſticia ꝛ de iudicio. ¶ Tertio Utrũ plenitudo ſpũſſcti debuit dari añ aſcẽſionẽ

¶ In dñica quarta eſt euãgelium. In illo tpe dixit ieſus diſcipulis ſuis. Amen amẽ dico vob. Si q̃d petieritis patrẽ in nomie

meo &c. Joh. xvi. Circa qđ poſſūt diſputari ſequētes q̄ſtiões ¶ Prima. Utrū omis q̄ petit a patre celeſti in nomie chriſti accipit qđ petit. ¶ Secūda. vtrū ſit ver̄ q̄ apl'i añ reſurrectionez chriſti nihil peterūt in noie chriſti ¶ Tertia. vtrū gaudiū ſpūale poſſit in hac vita impleri

¶ In rogationib⁹ eſt euangeliuz. In illo tpe dixit ieſus diſcipulis ſuis. Quis veſtr̄ habebit amicū &c. Lu. xi. Circa quod poſſūt diſputari ſequētes queſtiones ¶ Prima vtruz in iſtis rogatiōib⁹ de⁹ ſol⁹ ſit orād⁹ an etiā alij ſancti ¶ Secūda Utrū in orōe noſtra tpalia ſint petēda ¶ Tertia. vtrū ſit ſperandū q̄ peccatores orando impetrent aliq̄d a deo

¶ In die aſcēſiōis domini eſt euangeliuz. In illo tpe. recūbentib⁹ vndecim diſcipul' &c. Mar. xvi. Circa qđ poſſunt diſputari ſequentes q̄ſtiones ¶ Prima. Utrum ꝯueniens fuit chriſtū aſcendere in celum ¶ Secunda. Utrum aſcēſio chriſti fuerit nobis vtilis ⁊ noſtre ſaluti fructifera ¶ Tertia. vtrū ꝯueniat chriſto ſedere ad dexterā patris.

¶ Dñica infra octauas eſt euangeliū In illo tpe. dixit ieſus diſcipulis ſuis Cū venerit paclit⁹ &c. Joh. xv. Circa qđ pñt diſputari q̄ſtiones ſequentes. ¶ Prima. vtrū ſpiritus ſanct⁹ pcedat a patre ⁊ filio. ¶ Secūda Utrū ſpūs ſanct⁹ ſufficiēter phibuit teſtimoniū de chriſto.

¶ In die pentecoſtes euangeliū ē. In illo tpe. dixit ieſus diſcipulis ſuiſ. Si q̄s diligit me ſ̄monē &c. Joh. xiiij. Circa q̊d pñt diſputari ſequētes q̄ſtiones ¶ Prima. vtrū ſpiritui ſancto ꝯueniat viſibilit̄ mitti. ¶ Secūda Utrum ꝯueniēter miſſus ſit ī linguiſ igneis. ¶ Tertia. vtrum verū ſit q̄ ſpūſſanctus docuerit apl'os oīa

¶ In die ſancte trinitatis euangelium eſt In illo tpe. Erat hō ex phariſeis &c. Joh. iij. Circa q̊d diſputatū eſt in feſto ſctē crucis. Sed circa ipam feſtiuitatē pñt hec diſputari. ¶ Primo. vtrū ſit ponēd⁹ numerus pſonarū in diuis. ¶ Secūdo. vtrū ratiōe naturali poſſit cognoſci pluralitas pſonarum ī diuinis ¶ Tertio Utrū hoc nomen de⁹ pluraliter pdicet̄ de trib⁹ pſonis. vt dicantur tres dij.

¶ Dñica pma poſt trinitatē eſt euangelium. In illo tpe. dixit ieſus diſcipulis ſuis. Hō quidā erat diues &c Luc. xvi. Circa hūc diuitē damnatū pñt diſputari ſequētes q̄ſtiones ¶ Prima Utrū aīa ſepata poſſit ab igne corporeo cruciari ¶ Scđa. vtruz aīe dānatoꝝ videāt gliam beatoꝝ Tertia Utrū dānati vellēt omnes alios eſſe damnatos.

¶ In dñica ſecūda eſt euangeliuz. Homo quidā fecit cenam magnam &c. Luce. xiiij. Circa qđ pñt diſputari ſequētes q̄ſtiones ¶ Prima Utrū cena beatitudinis ſāctis pparata ꝯſiſtit ī bonis opib⁹. ¶ Secūda. vtrū occupatio ⁊ ſollicitudo rerū tpalium hoīem excludat a cena etne beatitudinis. ¶ Tertia. vtrū hoīes peccatores ſint compellēdi bonū facere.

¶ In dñica tertia legit̄ euāgelium. Erant appropinq̄ntes ad ieſuz publicani &c Lu. xv Circa q̊d pñt diſputari ſequētes q̄ſtiones. ¶ Prima Utrum angeli gaudeāt de peccatorib⁹ pniam agētib⁹. ¶ Secūda. Utrū pl⁹ gaudeāt de vno pctōre agēte pniaz q̄z de nonagintanouē iuſtis qui nō egent penitentia

¶ In dñica quarta eſt euangelium. Eſtote miſicordes &c. Lu. vi. Circa q̊d pñt diſputari ſequētes queſtiones. ¶ Prima. vtrū miſericordia ad quaz hortamur ſit maxia v̓tutū ¶ Secūda. vtrū licitū ſit iudicare ꝺ alijs ex ſuſpitiōe.

¶ In dñica q̇nta eſt euangeliuz. Cū turba irruerēt in ieſum &c. Luc̄. v. Circa qđ poſſūt hec diſputari. ¶ Primo. vtrū ad ſummū pontificē ptineāt cauſe maiores in eccleſia ¶ Secundo Utrū retia pdicatiōis cōueniāt alijs ecclijs ſine auctoritate pape

¶ In dñica ſexta eſt euāgeliuz. Niſi iuſticia veſtra abūdauerit pl⁹ &c. Matthei. v. Circa quod poſſunt diſputari ſequētes q̄ſtiones. ¶ Prima vtrū neceſſe ſit ad igreſſum regni celoꝝ q̄ iuſticia fideliū abūdantior ſit q̄z phariſeorum ¶ Secūda. vtrum

cõuenienter cũ dicit̃ Qui dixerit fratri ſuo
fatue. reus erit gehẽne ignis ꝛc. aſſignentur
tres grad⁹ ire ¶ Tertia vtrũ reconciliatio
fratris ſemꝑ ſit faciẽda añ oblatõnem mu
neris ſiue ſacrificij

¶ In dominica ſeptima eſt euangelium.
In illo tp̃e. Cũ m̃lta turba ꝛc. mat. viij ꝑñt
diſputari q̃ ĩ dñica q̃rta quadrageſime diſ-
putata ſunt

¶ In dominica octaua eſt euãgelium At
tendite a falſis pp̃his Matth. vij Circa qḋ
pñt diſputari ſequẽtes q̃ſtiões ¶ Prima
Utꝝ cauẽdi ſint falſi pp̃he ¶ Secũda. vtꝝ
ſufficiẽs argumẽtũ ad cognoſcendũ predi
ctos lupos aſſignat̃. cũ dicit̃. A fructib⁹ eo-
rum cognoſcetis eos. ¶ Tertia. Utꝝ ſim-
pliciter ex volũtate iudicãda ſit actio bona
vel mala

¶ In dñica nona eſt euangeliũ. Hõ q̃dã
erat diues ꝛc. Lu. xvj. Circa q̊d poſſũt diſpu
tari ſequẽtes queſtiones. ¶ Prima. vtrũ
p̄latus vel cleric⁹ diſſipãs bona eccl̃ie ſit de
ponẽdus. ¶ Secunda. vtrum cõuenient̃
dẽtur pecunie ſiue elemoſyne vt oret̃ p dã
te. ¶ Tertia Utrũ de illicite acq̃ſitis poſſit
fieri elemoſyna

¶ In dñica decima eſt euangeliũ. In illo
tp̃e. Cũ appropinquaſſet ieſus. Luc̃. xix. pñt
he queſtiones diſputari. ¶ Pria Utrum
p ſacrã ſcripturã poteſt oſtendi ꝙ aduẽtus
meſſie. i. chriſti in carnem aduenerit ¶ Se
cunda. vtruꝫ iudei tp̃s viſitatõis ſue. id eſt.
aduẽt⁹ chriſti cognouerũt ¶ Tertia. Utꝝ
ſymoniaci taꝫ vendẽtes q̃ꝫ emẽtes ſpũalia
p temꝑalib⁹ ſint ab eccleſia expellẽdi

¶ In dñica vndecima eſt euãgeliũ. In illo
tempe dixit ieſus ad quoſdã ꝛc. Luce. xviij.
Circa qḋ pñt diſputari ſeq̃ntes q̃ſtiones
¶ Prima. Utruꝫ phariſe⁹ in orõe ſua ve-
nit merito cõdemnand⁹ ¶ Secũda Utrũ
publican⁹ in orõe ſua formã ꝯueniẽter de
derit iuſtificatiõis impij

¶ In dñica. xij. eſt euangeliuꝫ. Exiẽs ieſus
de finib⁹ tyri ꝛc. Mar. vij. Circa quod poſ
ſunt diſputari ſequentes queſtiones.
¶ Prima. Utrũ cõueniẽter chriſt⁹ circa
hunc ſurdũ ⁊ mutũ de q̃ in euãgelio mira
culum fecit ¶ Secũda. Utrũ illi homines
faciẽtes ꝯ̃ p̄ceptũ chriſti publicando mira
culum peccauerunt

¶ In dñica. xiij. ẽ euãgelium. In illo tp̃e di
xit ieſus diſcipulis ſuis Beati oculi qui vi
dent que vos videtis. Luce. x. Circa quod
poſſunt diſputari ſequẽtes queſtiones
¶ Prima Utꝝ ſit verũ qḋ dictũ eſt ap̃lis
ſcꝫ Beati oculi qui vident que vos videtis
¶ Secũda vtrũ in ſtatu vie deus imme-
diate poſſit a nobis amari ¶ Tertia Utrũ
modus de diligẽdo deũ toto corde ꝛc. q̃ m̃l
tiplicatur in p̄cepto p̄dicto poſſit in via ſer
uari.

¶ In dominica decimaq̃rta eſt euangeli-
um. Dũ iret ieſus in hieruſalem ꝛc. Lu. xvij
Circa qḋ pñt diſputari ſequẽtes q̃ſtiones.
¶ Prima vtrũ ad ſanandũ leprã peccati
ſit neceſſariũ ꝯfiteri ſacerdoti ¶ Secunda
Utrũ nouẽ leproſi nõ reddẽtes grãs chri
ſto de eoꝝ curatiõe peccauerũt mortalit.

¶ In dñica. xv. eſt euangelium Nemo po
teſt duob⁹ dominis ſeruire ꝛc. Matth. vj.
Circa qḋ poſſunt hec diſputari ¶ Primo
Utrũ homo poteſt duob⁹ dominis ſuire
¶ Secũdo. vtrũ poteſt q̃s deũ odio habe
re. ¶ Tertio Utrũ omnis ſolicitudo tpa-
lium ſit p̄hibita

¶ Dominica. xvj. eſt euãgelium. Ibat Ie-
ſus in ciuitatẽ que ꝛc Luce. vij. Circa quod
mouet̃ tale dubiũ. ¶ Utrũ hoc miraculũ
quo reſuſcitauit filiũ vidue fuerit ſufficien
ter oſtenſiuũ diuinitatis chriſti ſiue ꝙ chri
ſtus eſſet verus deus

¶ In dñica. xvij. eſt euãgeliũ. Cũ intraſſet
ieſus domum ꝛc. Luc̃. xiiij. Circa q̊d poſſũt
diſputari ſequentes queſtiones.
¶ Prima. vtrũ appetere p̄latiõnẽ ſit pctũ
¶ Secũda Utrũ ambitio ſit peccatũ

¶ In dñicã. xviij. eſt euangelium. Audiẽ-
tes phariſei. Matth. xxij. Circa quod pñt
diſputari ſequentes queſtiones.
¶ Prima. vtruꝫ de charitate fuerint dan-
da duo p̄cepta. ¶ Secũda. Utruꝫ homo
ex charitate debeat diligere proximum pl⁹
q̃ꝫ ſeipſum ¶ Tertia. vtrũ chriſt⁹ ſufficient̃
p̄bauit phariſeis in ſe habere diuinã natu

ram dicēs. Quō ergo dauid in ſpiritu vo/
cat eum dn̄m
¶ In dn̄ica .xix. eſt euangelium. Aſcēdēs
ieſus in nauiculā. Matth .ix. Circa quod
pn̄t diſputari ſequētes queſtiones
¶ Prima. Utrum chriſtus ſm̄ q̊d homo ha
buit poteſtatē dimittendi peccata.
¶ Secūda. vtrum a chriſto fuerit aliqua
poteſtas collata miniſtris eccl'ie ad expul
ſionē vel remiſſionē peccati. ¶ Tertia. vtrum
eque facile ſit paralyticum curare et pecca
ta dimittere.
¶ In dominica .xx. eſt euangelium. Dice/
bat ieſus turbis iudeorum &c. Matth .xxij
Circa q̊d pn̄t diſputari ſequēſtes q̄ſtiones
¶ Prima. vtruꝫ pater celeſtis fec̄ nuptiaſ
filio quando nature humane coniunxit
¶ Scd̄a Utrū charitas ſit veſtis nuptial'.
¶ Tertia. vtrū nō habens veſtē nuptialeꝫ
ſcilicet charitatem finaliter proijciatur ī te/
nebras exteriores. vbi erit fletus et ſtridor
dentium
¶ In dominica .xxj. eſt euangelium. Erat
quidam regulus &c. Joh .iiij. Circa q̊d poſ/
ſunt diſputari ſequētes queſtiones.
¶ Prima. vtrū regulus iſte cuiꝰ filius in
firmabatur iuſte fuit rep̄henſus a chriſto
dicente. Niſi videritis ſigna ⁊ p̄digia non
credetiſ ¶ Secūda. vtrū miraculū hoc ſit
idē cū miraculo illo de quo ſcribit Matth
viij. de centurionis ſeruo ſanato a chriſto.
¶ Tertia. vtrum hora ſeptima q̄ fiIiꝰ regu
li ſanatuſ eſt a febre aliq̊d ſignificet ī ſpūali
curatiōe aīe a febre peccati
¶ In dominica .xxij. eſt euāgeliū. Simile
eſt regnum celorum & Matth .xviij. Circa
q̊d pn̄t hec diſputari. ¶ Primo. Utrum
ſeruꝰ ille cui dimiſſa ſunt a dn̄o decē milia
talentorū peccauit petendo a cōſeruo ſuo
centū denarios ¶ Secūda. Utrū p̄ ingra
titudinē redierūt peccata prius dimiſſa
¶ Tertia. vtruꝫ tanta poteſt contritio in
aliquo eſſe vt omne debitum a deo ſibi di/
mittatur.
¶ In dominica .xxiij. eſt euāgeliū. Abeun
tes phariſei &c. Mathei .xxij. Circa q̊d poſ/
ſunt diſputari ſequētes queſtiones.

¶ Prima Utrum ceſari ſiue principi ſecu
lari ſit cenſus dandus ¶ Secunda. Utrū
omnes teneamur ad ſacrificia deo offeren
da. ¶ Tertia Utrū chriſtꝰ cōuenieter rep̄
henderit phariſeos interrogātes eum. Si
licet cenſum dare ceſari dicens eis. Cur me
temptatis &c.
¶ In dn̄ica .xxiiij. ē euāgeliū. Loquente ie/
ſu &c. Matth .ix. et quia in euāgelio fit men
tio de duobꝰ miraculis. poteſt diſputari d̄
vtroqꝫ ¶ Circa p̄mū Utrū ſine tactu di/
uine gratie poteſt anima reſuſcitari d̄ mor
te peccati ¶ Secūdo. vtrū tactus ſiue infu
ſio gratie p̄cedat expulſionē peccati.
¶ Circa ſecundū. Utrum conuenientiꝰ at
tribuat̄ fidei op̄atio miraculoꝝ q̄ꝫ alteri v̄/
tuti.

## ¶ Sequitur tabula de ſanctis.

¶ In feſto beati andree eſt euāgeliū. Am/
bulans ieſus &c. Matthei .iiij. Circa quod
poſſunt diſputari ſequētes q̄ſtiōes.
¶ Prima. vtrū ꝯuenieter vocauit ad p̄di
catiōis officiū petrū ⁊ andreā ⁊ iacobuꝫ ze
bedei ⁊ iohem ¶ Secunda. vtrū oporteat
ſequētes chriſtū oīa temp̄alia relinquere
¶ Tertia vtrū beatꝰ andreas ⁊ alij q̄ ſecuꝫ
ſunt vocati hac vocatiōe. fuerit vocatꝰ ad
apoſtolatum
¶ In feſto beati nicolai eſt euāgeliuꝫ. Sit
lumbi veſtri p̄cincti & Lu .xij. Circa q̊d veit
diſputandū hec queſtio. Utrū beatꝰ nico/
laus ſic lucernas ardētes. id eſt. ſanctoruꝫ
operū p̄fectionē habuit in manibus ſuis.
vt credat̄ a cunabilis in baptiſmo vltra cō
munem legē ſpecialem effectū gratie ſuſce
piſſe.
¶ In feſto beati thome ap̄li ē euāgelium.
Thomas aūt vnꝰ ex duodeci &c. Jo .xx. Cir/
ca q̊d pn̄t diſputari ſequentes queſtiones
¶ Prima. vtrū fides ſit de viſis ¶ Scd̄a
vtrū thomaſ de neceſſitate ſalutis tenebat̄
apparēte ſibi dn̄o ⁊ dicēte. Thoma &c. cōfite
ri fidē diuitatiſ ⁊ hūanitatis ī chriſto Ter
tia. vtrum credere his q̄ nō vidiꝰ ſit laudabile

¶ In feſto beati ſtephani eſt euãgelium.
In illo tpe dixit ieſus turbis iudeorum ꝛc.
Mat. xxiij. Circa qꝺ pñt diſputari ſeqntes
queſtiões ¶ Prima. vtrũ ꝯuenie͏̃t chriſtꝰ
miſit ad iudeos ꝓphas. ſcribas ⁊ ſapie͏̃tes.
ſcie͏̃s ⁊ ꝓdice͏̃s eos occide͏̃dos per iudeos.
¶ Secunda Utrũ ſtephanꝰ i hac vita vi-
uens vidit deũ ꝑ eſſentiã
¶ In feſto beati iohis euãgeliſte eſt euan
geliũ. Dixit ieſus petro ꝛc. Johã. vlt. Circa
qꝺ pñt diſputari ſeque͏̃tes q̃ſtiones Pri
ma. vtrũ chriſtꝰ plꝰ dilexit iohem q̃ȝ petrũ
¶ Scꝺa. vtrũ beatꝰ iohes fuerit mortuꝰ
¶ In feſto innoce͏̃tũ eſt euangeliũ. In illo
tempe. Angelꝰ apparuit i ſomnis ioſeph ꝛc
Matth. ij. Circa quod pñt hec diſputari.
¶ Primo vtrũ Innoce͏̃tes veracit͛ dicant͛
martyres chriſti ¶ Scꝺo. vtꝝ baptiſmus
ſanguis ſuppleat defectũ baptiſmi aq̃.
¶ In feſto ſancti thome cãtuarien̄ e͏̃ euã-
geliũ. Niſi granũ frume͏̃ti ꝛc. Joh. xij. Circa
qꝺ pñt diſputari ſequentes queſtiones.
¶ Prima. vtrũ thomas archiep̄us cãtu-
arien̄. miniſtrauerit chriſto repetendo res
eccl'ie ſue cũ ſcãdalo regis anglie. ¶ Secũ
da. vtꝝ ſanctꝰ thomas i hac adminiſtratõ
ne ſubeũdo morte͏̃ meruit a celeſti patre co
rona martyrij honorificari.
¶ In feſto beati ſilueſtri e͏̃ euãgeliuȝ. Hõ
quidã ꝑegre ꝛc. Mat. xxv. Circa qꝺ poſſũt
diſputari ſeque͏̃tes q̃ſtiões ¶ Prima. vtꝝ
beatꝰ ſilueſter q̃nqȝ talenta ſibi a deo data
ita lucris multiplicauit vt meruit intrare i
gaudiũ beatitudis eterne ¶ Scꝺa vtrum
de neglige͏̃tia multiplicãdi tale͏̃ta ſibi data
a deo merito veniat q̃s dãnandus
¶ In feſto ſancte agnetis e͏̃ euãgeliũ. Sile
eſt regnũ celoꝝ ꝛc. Math. xxv. Pñt diſpu
tari queſtiones ſeque͏̃tes ¶ Prima Utꝝ
beata agnes ad h ꝓceſſȝ vna d̾ numero pru
dentũ v̾ginũ habuit neceſſe i vaſe cõſcie͏̃tie
ſue portare charitatis oleũ. ¶ Scꝺa. vtrũ
beata agnes fuerat chriſto deſpõſata.
¶ In feſto beati vince͏̃tij martyris eſt euã
geliũ. Niſi g̃nũ ꝛc. Joh. xij. Circa qꝺ poſſũt
diſputari ſeque͏̃tes queſtiones ¶ Prima.
Utrũ q̃s poſſit abſqȝ charitate ꝑfecta mar
tyrio ſe offerre. ¶ Secũda. vtrũ beatꝰ vin
centiꝰ ſic miniſtrauerit chriſto fortiter vſqȝ
ad morte͏̃ ꝓ eiꝰ fide certãdo vt a patre cele
ſti meruerit honorificari ſpeciali corona
glorie que d̾r aureola
¶ In ꝯuerſione ſancti pauli eſt euãgeliuȝ
Dixit ſimon petrꝰ ad ieſum Mat. xix. Cir
ca qꝺ pñt diſputari ſequentes queſtiones
¶ Prima. vtrũ paulꝰ ſit ſeſſurꝰ cũ chriſto
ad iudicãdũ. ¶ Secũda vtrũ ꝯuenienti iu
diciaria poteſtas reſpõdeat volũtarie pau
pertati ¶ Tertia vtrũ ꝓmiſſio q̃ ſequitur i
euãgelio ſit ꝯuenie͏̃s q̃ d̾r qꝛ ois ꝛc ¶ Quar
ta. vtrũ ꝯuerſio pauli fuit miraculoſa.
¶ In feſto purificatõis marie eſt euãgeli
um. In illo tpe. Poſtq̃ȝ impleti ſunt dies
purgatiõis. Luc. ij. Circa qꝺ pñt diſputari
ſeque͏̃tes q̃ſtiones ¶ Prima. vtrũ ꝯuenie͏̃
ter chriſtꝰ in te͏̃plo fuit oblatꝰ ¶ Secũda.
Utrũ cõuenienter beata maria mater dei
purganda ad templũ acceſſit
In feſto beate agathe eſt euãgeliũ. Sile e͏̃
regnũ celorũ ꝛc. Mat. xiij. Circa qꝺ poteſt
diſputari ſeque͏̃s q̃ſtio ¶ Utrũ beata aga
tha ꝓ eme͏̃da margarita celeſtis g̃lie prude͏̃
ter egit dãdo oĩa que habuit
¶ In cathedra ſancti petri eſt euangeliuȝ
Uenit ieſus in partes ꝛc. Math. xvj. Cir
ca quod poſſunt diſputari ſequentes q̃ſti
ones. ¶ Prima. vtruȝ confeſſio illa petri
de chriſto. Tu es filius dei viui. primo au
dita eſt ab ore petri ¶ Secunda. vtrũ chri
ſtus confeſſione͏̃ illam petri conuenienter
remunerauit dicendo. Tu es petrus ꝛc
¶ Tertia Utrũ ſedes petri poſſit d̾ roma
trãſferri in aliã ꝓuintiã
¶ In feſto Matthei apoſtoli eſt euange
lium. Confiteor tibi pater do. celi ꝛc Mat.
xj. Circa quod poſſunt diſputari ſeque͏̃tes
queſtiones
¶ Prima vtrum beatus matthias ꝑ vir
tutem humilitatis meruit vt a patre celeſti
reuelaretur ſiue oſtenderetur ad apoſtola
tum aſſumendus ¶ Secunda. Utrũ mat
thias nouit filium dei. ¶ Tertia. Utrum
melior ſit ſemper eligendus ad dignitatem
eccleſiaſticam

¶ In feſto beati thome de aq̃no aliqui le-
gũt euãgeliũ. Uos eſtis ſal terre ꝛc. Mat. v
Circa qď pñt diſputari ſequẽtes q̃ſtiones
¶ Pria. vtrũ doctoribꝰ aureola debeat̃ ĩ
regno celoꝝ ¶ Secũda. vtrũ p̃dicator vel
doctor teneat̃ facere q̊d ď ex pñti euãgelio
¶ In feſto ſancti gregorij eſt euãgeliũ Ui-
gilate ergo q2 neſcitis ꝛc. Mat. xxiiij. Circa
qď pñt diſputari ſequẽtes q̃ſtiõeſ ¶ Pri-
ma. vtrũ melꝰ facit q̃ ↄſentit electiõi cano-
nice de ſe facte q̃ȝ q̃ eã recuſat ¶ Secunda
vtrũ p̃cibꝰ beati gregorij fuit liberatꝰ trai-
anus de penis inferni ¶ Tertia. vtruȝ ſtat
cũ pfectiõe papatꝰ poſſidere q̃ſi ppzias di-
uitias aut facultates terrenas
¶ In feſto beati bñdicti eſt euãgeliũ. Ne-
mo accẽdit lucernã ꝛc. Lu. xj. Circa qď pñt
diſputari ſequẽtes queſtiones ¶ Prima
Utrũ beatꝰ benedictꝰ lucernã accendens
regule monachalis. ꝛ ponẽs eã ſup cande-
labrũ ecclie cõuenietiꝰ inſtituit monachoſ
in ſocietate viuẽtes q̃ȝ ſolitariã vitã agẽteſ
¶ Secũda Utrũ beatꝰ bñdictꝰ in viſione
qua vidit totũ mundũ. diuinã eſſentiaȝ vi-
derit
¶ In feſto annunciatiõis dñice ẽ euãgeli-
um. Miſſus eſt angelꝰ ꝛc. Luce. j. Circa qď
pñt diſputari ſequẽtes q̃ſtiones. ¶ Pria.
Utrũ fuit neceſſariũ annũciari v̊gini cõce-
ptio filij dei. ¶ Secũda. Utrũ beate v̊gini
debuit fieri annũciatio p angelũ ¶ Tertia
Utrũ annũciatio fuerit conueniẽti ordine
perfecta
¶ In feſto beati ambroſij eſt euangelium
Uigilate ꝛc. Matth. xxiiij. Circa qď poſſũt
diſputari ſequẽtes queſtiones. ¶ Prima
Utꝝ liceat iniunctũ epiſcopatũ oĩno refu-
tare. vel oĩno reniti canonice electiõi vel p-
uiſioni de ſe facte. ¶ Secũda vtrũ fidelis
ſeruꝰ ꝛ prudẽs quẽ ↄſtituit dñs ſup famili-
am ſuaȝ. peccet mortalit̃ ſi bona eccleſiaſti-
ca q̃ pcurat nõ largiat̃ paupibꝰ. ¶ Tertia.
Utrũ ambroſiꝰ benefecit excõmunicando
imperatorem.
¶ In feſto beati vincẽtij magiſtri ĩ theolo-
gia ẽ euãgeliũ. Nemo accẽdit ꝛc. Lu. xj. Cir-
ca qď pñt diſputari ſequentes queſtiones

¶ Prima. vtrũ doctꝰ religioſus de ordĩe
mendicantiũ cũ pfectiõis ſtatu poſſit g̊dũ
magiſtralẽ ſuſcipe. ¶ Secũda. vtrũ põt
ſciri tps aduẽtꝰ chriſti ad iudiciũ
¶ In feſto marci euangeliſte eſt euãgeliũ
Ego ſum vitiſ ꝛc. Joh. xv. Circa qď poſſunt
diſputari ſequentes queſtiones. ¶ Pria
Utrum quis fideliſ potuerit fructũ aliquẽ
afferre in pñti vita niſi in chriſto vite vera
manſerit per fidẽ ꝛ charitatem non fictam.
¶ Secunda. vtrũ beatus marcus conue-
nienter inter euãgeliſtas figura leonis ſit
deſignatꝰ ¶ Tertia. vtrũ licituȝ fuit ſancto
marco ſibi amputare digitũ vt ſacerdotio
indignꝰ haberet̃
¶ In feſto beati petri martyris de ordine
predicatorũ eſt euangelium. Si quis vult
poſt me ꝛc. Matthei. xvj. Circa quod poſ-
ſunt diſputari ſequentes queſtiones.
¶ Prima. Utruȝ ad conſecutionẽ eterne
beatitudinis ſit neceſſe abnegare ſemetipȝ.
ꝛ tollere crucẽ ſuã ꝛ ſeq̃ chriſtũ Secũda
Utrũ beatꝰ petrꝰ martyr dicat̃ triplici au-
reola dotatus
¶ In feſto apoſtoloꝝ philippi et iacobi ẽ
euangeliũ. In illo tempe dixit ꝛc. Non tur-
betur cor veſtruȝ ꝛc. Joh. xiiij. Poſſunt diſ-
putari ſequentes queſtiones
¶ Prima vtrũ explicite credere myſteriũ
incarnationis chriſti ſit de neceſſitate ſalu-
tis ¶ Secunda. vtruȝ credere explicite tri-
nitatem diuinarũ perſonaruȝ ſit de neceſſi-
tate ſalutis ¶ Tertia Utꝝ poteſt cognoſci
vna diuinarũ pſonarũ nõ cognita alia
¶ In feſto inuentõnis ſancte crucis ẽ euã-
gelium. Erat homo ex phariſeis ꝛc. Joh. iij
Circa quod poſſunt diſputari ſequẽtes q̃-
ſtiones ¶ Prima Utrum fuerit conueni-
ens comparatio. cuȝ dicitur. Sicut moyſes
exaltauit ſerpentem in deſerto. Ita oportet
exaltare filium hominis ¶ Secunda. vtꝝ
ſit verũ ꝙ nemo aſcendit in celũ niſi qui de-
ſcendit de celo. filiꝰ homĩs qui eſt in celo
¶ Tertia. vtrum crux chriſti ſit adoranda
adoratione latrie
¶ In feſto beati iohãnis ante portaȝ lati-
nam eſt euangeliũ. Dixit ieſus petro. Se-

quere me ꝛc. Joh. xxj. Circa qđ pn̄t diſpu-
tari ſequentes q̄ſtiones. ¶ Prima. vtruꝫ
beatus iohānes ſupra pect⁹ dn̄i recūbens
tantū inde ſapiētie ſuxit. vt in figura aqui-
le meruit int̄ euāgeliſtas deſign̄ri ¶ Scđa
Utrū beat⁹ iohēs inter martyres debeat
cōnumerari

¶ In feſto beati barnabe apoſtoli ē euan-
gelium. Hoc eſt p̄ceptum ꝛc. Joh. xv. Circa
qđ poſſunt diſputari ſequētes queſtiones
¶ Prima. vtruꝫ maiorē dilectionē poteſt
quis habere q̄ꝫ mori p amicis ſuis. ¶ Se
cunda. vtrum beatus barnabas moriēdo
pro chriſto fecerit actum maxime perfecti
onis.

¶ In feſto beati iohānis baptiſte eſt euā-
gelium. Elizabeth impletū eſt temp⁹ ꝛc. Lu
ce. j. Circa qđ pn̄t diſputari ſequētes q̄ſtio-
nes ¶ Prima. vtrū cōuenienter impoſitū
eſt ei nomen iohānes ¶ Secunda. vtrum
ſit verū ꝙ inter natos mulieꝝ nō ſit maior
iohāne baptiſta ¶ Tertia. vtrū ſit in vtero
matris ſanctificat⁹.

¶ In feſto iohānis ⁊ pauli eſt euangeliuꝫ
Attendite a fermēto ꝛc. Lu. xij. Circa quod
poſſunt diſputari ſequētes queſtiones
¶ Prima. vtrū hypocriſis ſic pctūm mor
tale ¶ Secūdo. vtrū timere eos q̄ occidūt
corp⁹ ſit peccatū mortale.

In feſto petri apl̄i eſt euangeliū. dixit ieſus
ſimoni petro ꝛc. Joh. vlt. Circa qđ poſſunt
diſputari ſequētes queſtiones ¶ Prima
Utrū petrus a chriſto inſtitutus ſit caput
eccleſie. ¶ Secūda. vtrū petrus poteſtate
clauiū potuit pctā remittere Tertia. vtrū
petr⁹ poteſtate clauiū potuit indulgentiā
largiri debitarū penaꝝ

¶ In feſto cōmemorationis ſancti pauli
eſt euangeliū. Dixit petrus ad ieſuꝫ. Mat
thei. xix Poſſunt diſputari ſequentes que
ſtiones. ¶ Prima. vtrū paulus in raptu
viderit diuinā eſſentiam. ¶ Secūda. vtrū
paulus in raptu ignorauerit an eius ani-
ma a corpe fuit ſepata.

¶ In feſto viſitationis beate marie virgi
nis eſt euangeliū. Exurgens maria ꝛc. Lu.
pmo. Poſſunt diſputari ſequentes q̄ſtio
nes. ¶ Prima. vtruꝫ beatus iohannes in
vtero exiſtens exultauit ad pn̄tiaꝫ domini
¶ Secunda. vtꝝ beata virgo audita exul
tatione elizabeth cōuenienter in gratiaruꝫ
actionem cantauit. Magnificat aīa mea
dominū

¶ In feſto beate marie magdalene ē euā
gelium In illo tp̄e Rogabat ieſum quidaꝫ
ꝛc. Lu. vij Circa qđ poſſūt diſputari ſequē
tes queſtiones. ¶ Prima. vtrū iſta muli
er de qua hic in euangelio fit mentio. fuerit
maria magdalena ſoror lazari ¶ Secūda
Utrū maria magdalena aut quis ali⁹ po
tuerit ſine penitentia conſequi remiſſionē
peccatorum

¶ In feſto beati iacobi eſt euangeliuꝫ. In
illo tempore. Acceſſit ad ieſum ꝛc. Math.
xx. Circa quod poſſunt diſputari ſequētes
queſtiones. ¶ Prima poteſt diſputari.
Utrum ipſe et frater eius peccauerūt pec
cato ambitionis. petētes a chriſto median
te matre vt in regno ſuo ſederet vnus a de
xtris. et alius a ſiniſtris. Jſta queſtio expe
dita ē ſupra dominica decimaſeptima p⁹
trinitatis. Sed nūc poterūt hec diſputari.
¶ Prima. Utrum cōuenienter dicatur d
beato iacobo ꝙ ſit lux et decus hiſpanie.
¶ Secunda. Utrum oret in celo pro om
nibus qui eius viſitant ſepulcrum ſiue lo
cum.

¶ In feſto beati dominici inſtitutoris or
dinis predicatorum eſt euangelium Uos
eſtis ſal terre ꝛc. Matthei. v. Poſſunt diſ
putari ſequentes queſtiones.
¶ Primo. Utrum beatus dominic⁹ con
uenienter religionem inſtituit ad predicā
dum vel confeſſiones audiendū ¶ Scđo
Utrū beat⁹ dn̄icus ꝯueniēter inſtituit reli
gionē q̄ lrāꝝ ſtudio inſiſteret

¶ In feſto ſancti laurentij eſt euangeliuꝫ.
Niſi granuꝫ ꝛc. Joh. xij. Circa quod diſpu
tari poſſunt ſequentes queſtiones
¶ Primo. Utrū laurētius habēdo odio
animā ſuaꝫ in hoc mundo cuſtodiuit illaꝫ
in vitā eternā ¶ Secūdo Utrū martyriū
beati laurentij fuerit actus maxime virtutis
fortitudinis.

¶ In feſto aſſumptõis beate marie ẽ euãgeliũ. Intrauit ieſus ꝛc. Lu. x. Circa qđ pñt diſputari ſequentes q̄ſtiones. ¶ Primo Utrũ vita actiua ſit potioꝛ ⁊ nobilioꝛ q̃z cõtemplatiua. ¶ Scđo. Utruz beata maria optimã ptẽ elegit ¶ Tertõ. Utꝝ beata maria in coꝛpe ⁊ aĩa aſſũpta eſt in celũ

¶ In feſto beati bernardi ẽ euãgeliũ. Nemo accẽdit ꝛc. Lu. xj. Põt diſputari ſequẽſ q̄ſtio. Utrũ poſſit ĩ dilectione dei haberi reſpect⁹ ad aliquã mercedẽ

¶ In feſto ſancti auguſtini ẽ euãgelium. Uos eſtis ſal terre Math. v. Circa qđ pñt diſputari ſequẽtes q̄ſtiões. ¶ Pmo. Utꝝ ſtat⁹ platoꝝ q̃ faciũt ⁊ docẽt ſit maioꝛ q̃z ſit in eccĩa dei. ¶ Scđo. Utrũ plat⁹ q̃ nõ fac̃ qđ docet ſit in ſtatu pfectiõis

¶ In feſto ſcti bartholomei eſt euãgeliuz. Hoc eſt p̄ceptũ meũ ꝛc. Joh. v. Põt diſputari ſequẽs q̄ſtio. videlicz. Utꝝ beatus bartholome⁹ ⁊ alij apli potuerũt dici amici dĩ

¶ In feſto decollatõis btĩ iohis baptiſte ẽ euãgeliũ. In illo tempe. Miſit herodes ꝛc. Mar. vj. Pñt diſputari ſeq̃ntes q̄ſtioneſ ¶ Primo. Utrũ beat⁹ iohes moꝛiẽs ex h q̃ dicebat herodi. Nõ licet tibi habere vxorem fratris tui ver⁹ martyr ſit colẽd⁹ Secundo. Utrũ iuramẽtũ qđ herodes p̄ſtitit ſaltãti puelle excuſare potuit herodẽ a peccato moꝛtis iohis baptiſte

¶ In feſto natiuitatis beate marie v̓giniſ eſt euãgeliũ. Liber generatõis ꝛc. Math. j Circa qđ pñt diſputari ſequẽtes q̄ſtiones. ¶ Primo. Utrũ chꝛiſt⁹ deſcendit ſm carnẽ de ſemĩe dauid. ¶ Scđo. Utrũ btã maria fuerit ſanctificata añ natiuitatez ex vtero ¶ Tertio. Utrũ btã v̓go p ſanctificatiõz obtinuerit grẽ plenitudinẽ ſiue pfectionez.

¶ In feſto exaltatiõis ſctẽ crucis ẽ euãgeliũ. In illo tpe dixit ieſus turbis ꝛc. Nũc iudiciũ eſt ꝛc. Joh. xij. Circa qđ pñt diſputari ſequẽtes q̄ſtiones ¶ Primo. Utrũ ꝯueniens fuit vt chꝛiſt⁹ ĩ cruce exaltat⁹ moꝛeret̃ p nob ¶ Scđo. Utrũ ſit verũ q̃ chꝛiſt⁹ exaltat⁹ oĩa traxit ad ſe ¶ Tertio. Utruz chꝛiſtus p exaltatiõz crucis q̄ ppꝛie ẽ hũiliatio meruit exaltationẽ ſui.

¶ In feſto ſancti matthei apli eſt euãgelium. Cũ trãſiret ieſus ꝛc. Mat. ix. Circa qđ pñt diſputari ſequẽſtes q̄ſtiõeſ ¶ Primo Utrũ matthe⁹ euãgeliſta cõueniẽter ĩter alios euãgeliſtas deſignat̃ in figura hoĩs. ¶ Secũdo. Utrũ ꝯuerſio ⁊ ſeq̃la matthei fuit miraculoſa. ¶ Tertio. Utrũ matthe⁹ fuit imediate de teloneo vocat⁹ ſiue aſſumptus ad apoſtolatũ

¶ In feſto ſancti michaelis eſt euãgeliuz. In illo tpe. Acceſſerũt diſcipuli ꝛc. Math xviij. Circa qđ pñt diſputari ſequẽſtes q̄ſtiones ¶ Primo. Utꝝ angeli ſint a deo cuſtodie hoĩm deputati. ¶ Secũdo. Utruz angeli p executionẽ miniſterij a ꝯteplatiõe diuina retardẽt̃ ¶ Tertio. Utrũ angli ad cuſtodiã hoĩm deputati. q̃ñq̃z relinquant hoĩes q̃bus ad cuſtodiã deputant̃

¶ In feſto beati hieronymi eſt euãgeliuz. Nemo accẽdit ꝛc. Luc. xj. Circa qđ pñt diſputari ſequẽtes q̄ſtiones. ¶ Pmo. Utrũ lucerna incẽſa hieronimi. i. doctrina meruerit ſup cãdelabꝛũ eccl̃ie poni. ¶ Secũdo Utrũ hieronym⁹ fuerit cardinalis

¶ In feſto beati franciſci eſt euangelium. Cõfiteoꝛ ꝛc. Math. xj. Circa qđ pñt diſputari ſequẽtes queſtiones ¶ Primo. Utꝝ ꝯueniẽs fuerit ſecreta fidei nõ reuelari ſapientibus ⁊ pꝛudentib⁹ ⁊ reuelari paruulis. ¶ Secũdo Utrũ beat⁹ franciſcus fuerit d̃ numero puulorũ q̃bus reuelata ſunt ſecreta celeſtia

In feſto beati luce eſt euangeliũ. Deſignauit dñs. Luc. x. Circa qđ poſſunt diſputari ſequẽtes q̄ſtioneſ ¶ Primo Utrum poſt electionẽ duodecim apoſtoloꝛũ cõuenienter electi ſunt ſeptuaginta duo diſcipuli int̃ quos lucas vnus dicit̃ fuiſſe ¶ Secundo Utrũ beat⁹ lucas int̃ euãgeliſtas ĩ figura bouis fuerit ꝯueniẽter deſignat⁹

¶ In feſto vndecim milium virginum eſt euangelium. Simile eſt regnũ celoꝛum ꝛc Math. xxv. Circa qđ poteſt diſputari ſequens queſtio. Utrũ pꝛudentib⁹ v̓ginib⁹ facientib⁹ qđ in ſe fuit neceſſe fuit vt deus oleum gratie ſue vaſis conſcientiarũ ſuaꝝ infunderet

¶ In feſto ſymonis ⁊ iude eſt euangeliuꝫ Hoc eſt ꝓceptū ⁊c. Joh. xv. Circa qđ poſſūt diſputari ſequentes q̄ſtiones. ¶ Primo. Utrū chriſto adueniēte ⁊ ꝑdicāte nō tn̄ faciente viſibilia miracula iudei ei credere tenebant̄. ¶ Secūdo Utrū argumētū illud chriſti ſit ſufficiēs. q̄ ait. Si opa n̄ feciſſem in eis q̄ nemo alius fecit. peccatum nō haberent

¶ In feſto omniū ſanctoꝝ eſt euangeliuꝫ. Uidēs ieſus turbas ⁊c. Math. v. Circa qđ poſſunt diſputari ſequētes q̄ſtiones

¶ Primo. Utrū beatitudo ſanctoꝝ cōſiſtat in viſione dei ꝑ eſſentiā. ¶ Secundo. Utrū beati vidētes deū ꝑ eſſentiā videant oīa q̄ deus videt. ¶ Tertio. Utrū beati in gloria ꝑus ferant̄ ad ꝯtēplandā xp̄i diuinitatē q̄ȝ eius humanitatē

¶ In die omniū mortuoꝝ eſt euangeliuꝫ. Dixit ieſus turbis ⁊c. Joh. v. Circa qđ p̄nt diſputari ſequētes queſtiones ¶ Primo Utrū iudiciaria poteſtas q̄ iudicandi ſūt mortui ī futuro iudicio ꝯueniēter ꝯueniat chriſto ſm̄ qđ hō ¶ Secūdo Utrū ſuffragia fideliū viuoꝝ p̄ſint defunctis ¶ Tertiō Utrū ſuffragia facta ꝑ malos ſiue ꝑ pctōres p̄ſint ¶ Quarto. Utꝝ vox chriſti quā audiēt mortui erit cauſa reſurrectiōis omnium eorum

¶ In feſto beati martini eſt euangelium. Sint lumbi veſtri ⁊c. Lu. xij. De q̄ diſputat̄ ſicut in feſto beati nicolai. Nūc q̄rit̄. Utrū illud ſit verū aut ꝯueniēter dictum. q̄ expectantes dn̄m reuerſurū chriſtus faciet eos diſcūbere ⁊ tranſiēs miniſtrabit eis.

¶ In feſto beate katherine eſt euangeliū. Simile eſt regnū celoꝝ. Math. xiij. Circa qđ poteſt diſputari ſequens q̄ſtio. Utruꝫ beata katherina emit agrum in q̊ erat theſaurus abſconditus.

¶ Explicit tabula

# Queſtiones euãge liorum taꝫ de tẽpore q̃ꝫ de ſanctis collecte per. R. D. Johannẽ d̃ tur re cremata epiſcopũ ſabinen. ſan cte romane eccleſie cardinaleꝫ ſan cti ſixti incipiunt feliciter

Sacro et co lendiſſimo reuerendiſſimorũ pa trum ſancte romane eccl̃ie dñoꝝ cardina lium collegio. ſuꝰ hu milis ſeruitor Johãnes de turre cremata. ep̃s ſabineñ. ſancte romane eccl̃ie cardina lis ſancti ſixti vulgariter nominatꝰ. Seip ſum cũ humili recõmendatiõe. Cogitanti mihi q̃d de ſudoribꝰ mei ſtudij dignũ am pliſſimis dñationibꝰ veſtris tanq̃ꝫ memo riale offerã. attẽto ꝙ omnibꝰ ſũmis noſtri tpis pontificibꝰ varia dedicauerim opa. ſ. Eugenio. Nicolao. Calixto. Pio. ⁊ Pau lo. Nũc pſenti occurriſſꝫ mihi illa honeſtiſ ſima p̃latoꝝ ꝯſuetudo qua poſt refectionẽ eoꝝ. maxime in prandio habitã collatiões ſiue diſputatões de ſacris litteris ſoliti ſũt habere. Vidi eñi apud plures clariſſimos patres ꝯſuetudinẽ hãc obſeruari. Et de ce leberrimo ſancto auguſtino legit̃ ꝙ in mẽ ſa ſua lectionẽ aut diſputationeꝫ ſemp̃ dili gebat. Diſputatio eñi inueſtigãde v̓itatis gratia. aut vt v̓itas ipſa illuſtrior fiat. licite cũ moderamĩe inter ptes admittit̃. Sane viſa eſt mihi hec dñoꝝ p̃latoꝝ obſeruantia plurimum habere honeſtatis ⁊ vtilitatis. Honeſtiſſima q̃dẽ eſt. ⁊ ordo pulcerrimuſ vt poſtq̃m corpi cibos corruptibiles dedi mus. ita aĩe ſpũalia alimẽta miniſtremus. Nullꝰ eñi eſt cibꝰ ſciã et doctrina dulcior. Nã vt ait Iſidorꝰ noſter. ſcripturaꝝ ſctãꝝ altitudo q̃ſi mõtes paſcue ſunt. ad q̊s cum quiſq̃ꝫ iuſtoꝝ ꝯſcẽderit paſcue indeficiẽtiſ refectionẽ inueniſſe ſe gaudebit. Quocir ca ſic nos hortat̃ clariſſimꝰ ambroſiuſ. Tu igit̃ ede ſcripturarũ celeſtes cibos. Ede vt pmaneant tibi in vitã eternã. Ede cõtinue vt nõ eſurias. Ede vt replearis. Ede vt ver boꝝ celeſtiũ eructes ſaginã. Spũales epu le nõ obeſſe ſolẽt. ſed pdeſſe ſatiatis. Plane hñ p̃latis cõgruit honeſtiſſimũ hmõi ex ercitiũ q̃bus dñs ait. Vos eſtis ſal terre. vos eſtis lux mũdi. Debet aũt ep̃us tanta pollere ſapia. vt dicit ambroſiꝰ. vt non ſolũ creditũ ſibi ppl̃m ſufficiẽter doceat. verũ eti am in ceteris queat hereſum ꝯtradictiões a catholica repellere eccia. Ceterũ vtilis eſt p̃dicta obſeruãtia. q̃r mentẽ diſponit ad p fectionẽ virtutis. Vñ Damaſ. lib. iiij. inq̃t. Optimũ eſt ⁊ vtiliſſimuꝫ inueſtigare diui nas ſcripturas. ⁊ ſicut eſt lignũ ſecꝰ decur ſus aquaꝝ plantatũ. ita aĩa diuĩa irrigata ſcriptura impinguat̃ ⁊ fructũ tẽporaneuꝫ tribuit. ⁊ ſp̃ virentibꝰ folijs deo accepribili bus decorat̃ actionibꝰ Et infra. Pulſemꝰ ergo in optimũ p̃adiſum ſacraruꝫ ſcriptu rarũ. q̃ odoriferus. q̃ dulciſſimus. q̃ ſpecio ſiſſimus eſt. Secũdo vtiliſ eſt ad illumina tionẽ intellectꝰ. Dicit eñi Iſidorus noſter. Geminũ donũ cõfert lectio ſacraꝝ ſcriptu rarũ. ſiue ꝙ intellectũ mentis erudit. ſiue ꝙ a mũdi vanitatibꝰ abſtractũ homineꝫ ad amorẽ dei p̃ducit. Tertio vtilis eſt quoniã p̃ eam amputant̃ aliqua in q̃ ſepe poſt re fectionẽ corpalem lingua indiſciplinata p̃ rumpit. ſ. murmuratiõis et detractõnis v̓ ba. ſupfluitas locutionis. leuitas opis. ⁊ ſi milia. q̃ omnia vitant̃ cũ pſolutis gratiarũ actionibꝰ deo. aliq̃ de ſacris litteris ſequit̃ diſputatio ſiue collatio. q̃bꝰ penſatis nihil mihi in mẽte dignius ſe obtulit veſtris. R. D. p̃ me offerendũ. quã queſtiones quaſ dam de euãgelijs omniũ dñicaꝝ. ac feſtoꝝ p̃ncipaliũ totiꝰ anni. quaſi ingenio meo te nui. nõ tamẽ ſine magno labore ac veſtraꝝ R. D. amore collegi ſub numero. cccxvij. Amplexꝰ aũt ſum quaſi in omnibꝰ ſancti thome dicta. nã eius pfundior firmiorq̃ꝫ ẽ ſentẽtia. Abſtinui etiã a queſtionibꝰ ⁊ ſub tilitatibꝰ inutilibꝰ ⁊ obſcuriorib̃ꝰ argumẽ tis. planioribꝰ cõtentus. Tũ q̃a religioſo ĩ tellectu nobiſ opꝰ eſt vbi aut maxĩe de deo loq̃mur vel audimꝰ. vt inq̃t ambroſiꝰ. Tũ

q̄ꝛ inter prelatos pauciores ſunt qui ſacre
theologie pfundiorib⁹ reb⁹ operā dent ſtu
dij. Seq̄mur aūt ordinē euāgelioꝝ tā dñi
carum q̄ȝ feſtiuitatū ſm̄ vſum fratꝝ predi
catoꝝ. q̄a nobis rationabilioꝛ viſus ē. Su
ſcipiāt ergo. v. R. d. hoc exiguū mun⁹ par
uumq̄ȝ opuſculū in ſenio meo p omnium
vtilitate exiguis meis virib⁹ elaboratuȝ. ꝙ
vtinā tāta beniuolētia ab eis ſuſcipiat̄ q̄n
ta cū affectiōe ſit inſudatū. Poterit obſua
ri libell⁹ iſte in manib⁹ reuerēdiſſimi domi
ni rothomageñ. q̄ p ſua dulciſſima huma
nitate copiā p̄ſtabit cupiētib⁹ ſcribere. Re
cōmendo me. d. v. R. quā ſ longo tempore
ad felix vniuerſalis eccl̄ie regimen deus cō
ſeruet.

## In prima dominica

aduent⁹ apud frēs p̄dicatores d̄ꝛ illd̄ euan
geliū Matth. xxj. Cū appropinquaſſȝ ieſus
hieroſolymā. In q̄ fit mētio de aduētu chri
ſti in carnē. Vn̄ dicit̄. Dicite filie ſion. Ecce
rex tuus venit tibi ꝛc. Vn̄ in hac dominica
p̄nt ſeq̄ntes queſtiōes diſputari. ¶ Prima
vtrū p redēptiōe generis humani neceſſa
rium fuit deū incarnari. ¶ Secūda. Vtrū
ſi homo nō peccaſſet de⁹ incarnat⁹ fuiſſet.
¶ Tertia. Vtrū cōueniēti⁹ fuit filiū dei in
carnari q̄ȝ aliquā aliā pſonā.

## Ad primam ſic proce

ditur. Et videtur ꝙ nō fuerit neceſſariū de
um incarnari. Primo ſic. De⁹ enī cū pfe
ctus nihil v̄tutis accreuit ſibi p carneȝ aſſū
ptam. ſi ergo incarnat⁹ naturā reparauit
etiā abſq̄ȝ carnis aſſumptiōne eā potuit re
parare. ergo nō fuit neceſſariū ꝛc. Secūdo
ſic. Cū deus ſit ſumme miſericors. imo miſe
rationes eius ſup oīa opa eius. magis de
cuit vt de⁹ oñderet immenſitatē miſericor
die ſue q̄ȝ ſeueritatē iuſticie. Sȝ ad magni
tudinē miſericordie ſue ptinet vt pctā ſine
ſatiſfactiōe dimittat. ergo de⁹ humanā na
turā reparare potuit ⁊ debuit nō expectan
do ſatiſfactionē. ergo nō fuit neceſſariuȝ ꝛc
Tertio ſic. Quicūq̄ȝ poteſt ſatiſfacere pro
maiori pctō. poteſt ſatiſfacere pro minori.
ſed mortale peccatū actuale eſt mag̃ q̄ȝ ori
ginale. quia habet plus de volūtario. ergo
cū homo poſſit ſatiſfacere p mortali pecca
to. multo forti⁹ p originali ſatiſfacere pote
rit. et ſic nō eſt neceſſarium deuȝ incarnari
¶ In oppoſitū arguit̄ ſic. Illud p quod hu
manum genus liberat̄ a pditōne eſt neceſ
ſarium ad humanā ſalutē. ſȝ myſteriuȝ di
uine incarnatiōis eſt hmōi. ſm̄ illud Joh.
iij. Sic deus dilexit mundū. vt vnigenituȝ
filium ſuū daret. vt oīs q̄ credit in eū nō pe
reat ſed habeat vitā eternaȝ. ergo neceſſari
um fuit ad reparationeȝ generis hūani de
um incarnari. Secūdo ſic. Nō erat conue
niens vt vna natura nobiliſſimarū creatu
raꝝ a ſuo fine totaliter fruſtraret̄. ſȝ huma
na natura eſt inter nobiliſſimas creaturaſ.
cum ergo tota corrupta fuerit p peccatuȝ i
primo parente ⁊ ita beatitudine pūata ad
quā inſtituta erat. cōgruū fuit ipſam repa
rari. ſed reparatio nō poteſt fieri niſi pecca
tum dimittat̄. nec iuſtū eſt vt peccatuȝ ſine
ſatiſfactione dimittat̄. ergo neceſſariū fuit
ſatiſfieri. ſȝ p peccato toti⁹ nature humane
ſatiſfactio decēter fieri ñ poteſt niſi ab eo q̄
debet ſatiſfacere ⁊ poteſt ſȝ nō debet niſi hō
qui peccauit. Cū aūt nulli⁹ creature bonū
excedat bonū humane nature totius vt re
cōpenſationē pro tota natura facere poſſȝ
Patet ꝙ nulla creatura p homine ſatiſfa
cere poſſȝ. nec ipe pro ſe cum peccator indi
gnus reddat̄. ergo neceſſariū fuit vt deus
homo fieret ad ſatiſfaciendū p hominibus
¶ Rñdeo dicendū. ꝙ deuȝ incarnari aliq̄
modo fuit neceſſariū. et aliquo modo non
Pro quo notandū iuxta ſanctū thomā ꝙ
ad finem aliquid d̄ꝛ neceſſariuȝ dupliciter.
Uno modo ſine quo finis haberi nō pōt.
ſicut cibus eſt neceſſarius ad conſuationē
humane vite. Alio modo dicit̄ neceſſariū
per q̄d melius ⁊ ꝯuenienti⁹ puenit̄ ad finē
ſicut equ⁹ eſt neceſſari⁹ ad iter. ¶ Primo
modo neceſſitatis deū incarnari nō fuiſſet
neceſſariū ad reparatiōnē humane nature
Deus enī p ſuā omnipotentē virtutē pote
rat humanā naturā multis alijſ modis re
parare. Secundo autē modo neceſſitatis

neceſſariū fuit deū incarnari ad reparatio
nem humane nature. Hāc ꝯcluſionē poīt
auguſtinꝰ .xiij. de tri. c. Oñdamus nō aliū
modū poſſibilē defuiſſe deo cuiꝰ poteſtati
oīa equaliter ſubiacēt. ſed ſanande miſerie
noſtre ꝯuenientiorē modū aliū non fuiſſe.
¶ Cuiꝰ incarnatōis neceſſitas ſiue ꝯueni
entia ex tribꝰ ſumit̄. ſ. ex plenitudine diuine
miſericordie. ex immutabilitate iuſticie ipiꝰ.
⁊ ex decēti ordine ſapīe eius. Quia eī deus
eſt ſumme bonꝰ ⁊ miſericors decuit nulli cre
ature negare hoc cuiꝰ eſt capax. Vñ cū na
tura humana lapſa eēt. et nihilominus re
parabilis foret. decuit vt eā repararet. quia et
iuſticia eiꝰ immutabilis eſt. cuiꝰ lege ſan
citum eſt vt nunq̄ȝ pctūm ſine ſatiſfactiōe
dimittat̄ decuit vt in humana natura eēt q̄
ſatiſfacere poſſet. ⁊ q̄a hoc purꝰ homo ꝑſe
facere nō poterat vt dictū eſt. decuit vt deꝰ
q̄ ſumme ſapiēs eſt aliquē ꝯuenīētiſſimuȝ
reparatiōis adinueniret modū. Vñ ꝯue
nientiſſimꝰ eſt vt integre natura reparare
tur ⁊ faciliter ad id q̊d amiſerat homo ꝑue
nire poſſet. Si aūt hoīem ꝑ angelū repara
ret. nō integra eſſet repatio. q2 homo ſemꝑ
angelo ſalutis ſue debitor eēt. ⁊ ita in beati
tudine ei equari nō poſſet. q̊d tñ aſſecutus
fuiſſet ſi nō peccaſſet. ſicut etiā nūc ꝯſequūt̄
homines ꝑ grām reparatiōis vt ſint ſicut
angeli dei in celo. Matth. xxij. Et iō decu
it vt non angelꝰ ſȝ ipē deus hoīem repararet
Multe alie ꝯuenīētie aſſignātur incarna
tionis quas nos breuitatis cā. ⁊ quia com
munes in ſmonibꝰ ſunt ptrāſimus ¶ Ad
rōes in oppoſitū dicendū. Ad primā rñdet̄
ꝙ ratio illa ꝓcedit ſm illū modū neceſſarij
ſine quo ad finē ꝑueniri nō poteſt. hoc aūt
neceſſitatis modo dictū eſt nō eē neceſſari
um deū incarnari ¶ Ad ſecundā rñdetur
negando ꝯſequentiā. Et rō eſt. quia licȝ de
us ſit ſumme miſericors. ſua tñ miſericordia
nullo modo obuiat ſue iuſticie. Miſericor
dia enī que iuſticiā tollit magis ſtulticia q̄ȝ
virtus dici debet. ⁊ ꝑ ꝯſequēs talis deum
nō decet ꝓpter q̊d deus miſericordiā ſuā in
finitam ſic manifeſtare voluit. vt in nullo
iuſticie eius derogaret̄. q̊d factū eſt dumꝑ
nobis homo factus eſt vt ꝓ nobis ſatiſface
ret. in quo etiā abundātior miſericordia oñ
ſa eſt ad nos q̄ȝ ſi ſine ſatiſfactiōe peccatū
dimiſiſſet in quantū noſtrā naturā magis
exaltauit ⁊ ꝓ nobis mortē ꝑtulit ¶ Ad ter
tiam rñdetur. negādo ꝙ peccatū originale
ſit minus malū. Pro quo notandū ꝙ q̄n
titas originalis ⁊ actualis mortalis pecca
ti poteſt dupliciter attendi. vel quantū ad
principiū vl' quantū ad bonū q̊d ꝑ vtrūq̄ȝ
ꝑuatur. Principiuȝ autē actualis peccati
volūtas ꝓpria eſt. Principiū aūt origina
lis in iſto eſt origo eius viciata. Unde ori
ginale q̊dammodo neceſſariū eſt. ſed actu
ale eſt omnino voluntariū. vñ habet plus
de ratiōe culpe. ⁊ eſt magis vituꝑabile Bo
num aūt q̊d actuali peccato corrumpitur
eſt bonū huius ꝑſone. cui preponderat bo
num totiꝰ nature q̊d ꝑ originale corrum
pitur. quia bonū gētis eſt diuiniꝰ q̄ȝ vniuſ
hominis bonū. vt dr̄. ij. ethicoꝝ. vt ſic poſſet
dici ꝙ actuale eſt magꝰ culpa. originale vō
magis malum. Actio autē ſatiſfacientis ē
ꝓporcionata quantitati culpe ex ꝑte boni
quod ꝑ culpā corrumpit̄ Et ideo cū omis
actio ſit ꝑſone. quia actus ſingulariū ſunt
Ideo ad ſatiſfactionē ꝓ actuali ſufficit actꝰ
cuiuſcūq̄ȝ hominis cū gratia diuina. ñ au
tem ad ſatiſfactionē ꝓ peccato originali ni
ſi actio illius hoīs plus valeret q̄ȝ totū bo
num humane nature. ⁊ ſic nō poſſet eē pu
rus hō. ⁊ iō oportuit eē deū ⁊ hoīem q̄ pro
originali ſatiſfaceret

## Ad ſecundam queſti

onem ſic ꝓceditur. Et videt̄ ꝙ etiā ſi homo
nō peccaſſet deꝰ incarnatꝰ fuiſſet Primo
ſic. Deut. xxxij. dei ꝑfecta ſunt opa. ſȝ ꝑfectō
nō poteſt eē niſi vltimū ꝯiungat̄ principio
vt ſic q̄ſi q̊dam circulꝰ ꝯcludat̄. et additio
alterius fieri nō poſſȝ. Cū ergo ipē deus ſit
principium ⁊ homo ſit vltima creaturarū
decuit ad ꝑfectionē vniuerſi vt etiā ſi hō ñ
peccaſſet deus hō fieret ¶ Secūdo ſic Ro
ma. j. Inuiſibilia dei ꝑ ea que facta ſunt in
tellecta ꝯſpiciūtur. ſȝ potētia. ſapiētia ⁊ bo
nitas dei infinita ſunt. ergo decuit etiam ſi

homo non peccaſſet iſta in aliquo effectu
manifeſtari. ſed potentia infinita non ma-
nifeſtatur niſi per effectũ infinitũ. nec ſapi-
entia infinita niſi per decorẽ infinitum. nec
bonitas infinita niſi ꝑ cõmunicationẽ infi
nitam. Cũ ergo nulla creatura ſit infinita.
nec in ea infinitus ſit decor ex forma et pro
portione ꝑtium. nec iterũ aliqua creatura
cõmunicatõnẽ infinitã boni recipiat. vide
tur ꝙ decuit etiã homine non peccãte vni-
ri deum homini vt ex parte hominis ratio
eſſet ⁊ ex parte dei infinitas ⁊ ex cõiunctiõe
dei ad creaturã infinitus decor reſplẽderet.
⁊ infinitum bonũ ipſi humane nature com
municaret̃ ſcʒ perſona increata que ĩ ea ſb
ſiſteret. ¶ Tertio ſic. Non eſt in aliquo ca
pacitas humane nature ꝑ peccatũ amplia
ta. ſed poſt peccatũ humana natura ĩuen
ta eſt capax tanti boni vt a deo aſſumeret̃ ĩ
vnitate perſone. ergo ⁊ ante peccatũ huiuſ
modi dignitatis capax fuit. ſed ad deũ qui
infinito amore diligit ea que ſunt pertinet
vt nullũ bonũ creature deneget cuius ẽ ca
pax. ergo ipſe humanã naturã aſſumpſiſſʒ
etiã ſi homo non peccaſſet. ¶ Quarto ſic.
Non eſt credendũ ꝙ homo ex peccato ali
quod cõmoduʒ reportauerit. ſed maxima
dignitas humane nature eſt in hoc ꝙ aſſũ
pta eſt in vnitate pſone diuine. ergo hoc ꝑ
peccatũ homo conſecutus non eſt. ⁊ ſic idẽ
quod priꝰ. ¶ Quinto ſic. Cũ homo ad be
atitudinem ſit creatꝰ ante peccatũ totꝰ be
atificandus erat. ſed beatitudo hoĩs q̃n
tum ad partẽ ſenſitiuã erat in aſpectu hũa
nitatis aſſumpte. quantũ vero ad partẽ in
tellectiuã in intuitu diuinitatis aſſumẽtis.
Sic enĩ ingredietur homo ⁊ egredietur. vt
auguſtinꝰ exponit. et paſcua inueniet Joh.
x. ¶ In oppoſitum eſt auguſtinꝰ in libro
de verbis dñi exponẽs illud Math. xviij.
Venit filius hoĩs querere ⁊ ſaluũ facere
q̊d perierat. ſi homo non peccaſſet filiꝰ ho
minis nõ veniſſet. et loq̊tur de aduentu in
carnem ¶ Rñdeo dicendũ ꝙ vt tãgit ſan
ctus thomas in tertio. et in tertia pte ſuꝑ h̃
diuerſi diuerſimode opinati ſunt. Quidaʒ
enĩ dicunt ꝙ etiã ſi homo nõ peccaſſet. dei

filius fuiſſet incarnatus. Alij vero contra
rium aſſerunt. quoruʒ aſſertioni magis vi
detur conſentiendũ. Cuiꝰ ratio eſt. quoni
am ea que ex ſola dei voluntate veniunt ſu
per omne debitũ creature nobis innoteſce
re non poſſunt niſi quatenꝰ ĩ ſacra ſcriptu
ra tradunt̃ ꝑ quã diuina voluntas innote
ſcit. Unde cuʒ in ſacra ſcriptura vbiqʒ icar
nationis ratio ex peccato primi hominis aſ
ſignetur. conuenientiꝰ dicit̃ incarnationis
opus ordinatũ eſſe a deo in remediuʒ pec
cati. ita ꝙ peccato non exiſtente incarnatio
non fuiſſet. quãuis potẽtia dei ad hoc limi
tetur. Potuiſſet enim etiã peccato non ex
iſtente deus incarnari ¶ Hanc ergo aſſer
tionem ſiue opinionẽ tanq̃ʒ veriorẽ ſequẽ
tes. dicimus ad queſtionẽ reſpondẽtes. ꝙ
ſi homo non peccaſſet deꝰ incarnatus nõ
fuiſſet. Iſta concluſio probat̃ ¶ Primo ſic
ſuꝑ illud. j. Thi. j. Jeſus venit in hunc mun
dum peccatores ſaluos facere. dicit gloſa.
Nulla cauſa fuit veniendi chriſto domino
niſi peccatores ſaluos facere. Tolle vulne
ra. tolle morbos ⁊ nulla eſt cauſa medicine
ſed remota cauſa remouet̃ effectꝰ. ergo cõ
cluſio vera. ¶ Secundo ſic. Dicit leo pa
pa in ſmone de natiuitate. Si ei homo ad
imaginẽ et ſimilitudinẽ dei factus ĩ ſuo ho
nore manſiſſet. creator mundi creatura nõ
fieret. aut ſempiternꝰ temporalitatẽ ſubiret
aut eq̃lis deo patri dei filiꝰ formaʒ ſui aſſu
meret ergo ꝯcl'o vã ¶ Ad rões in oppoſitũ Et
Ad primã rñdetur. negãdo ꝯſequentiã
ratio eſt. Quia licʒ vniuerſum perficiatur
in cõiunctione vltimi ad principiuʒ primi.
non tamen oportet ꝙ in cõiunctione que ẽ
in vnitate pſone ſed in coniũctione que eſt
in ordine ad finem. Unde ad perfectiones
vniuerſi ſufficit ꝙ naturali modo creatura
ordinat̃ ſic in deũ ſicut in finẽ. Hoc autẽ ex
cedit limites pfectionis creature vt creatu
ra vniatur deo in perſona ¶ Ad ſecundã
rñdetur etiã negando conſequentiã. Et rõ
eſt. q2 in productione minime creature ma
nifeſtatur potentia infinita et ſapiẽtia ⁊ bo
nitas dei. quia quelibet creatura ducit i co
gnitionẽ alicuiꝰ primi et ſũmi q̊d infinitũ

eſt in omni pfectione. nec oportet q potẽ
tia infinita p effectũ infinitũ manifeſtetur.
nec bonitas infinita p cõmunicationẽ in:
finitam. ſed ſufficit ad oſtendendã bonita:
tem infinitã hoc ſcꝫ q vnicuiqꝫ ſm ſuaꝫ ca:
pacitateꝫ largit. ¶ Ad tertiã reſpondetur.
q capacitas alicui⁹ creature poteſt intelli:
gi dupliciter. vel ſm potentiã naturaleꝫ q̃
pertinet ad rõnem naturalẽ. ⁊ ſic nullaꝫ ca:
pacitateꝫ nature vacuã deus dimittit i ge:
nere q̈zuis capacitatẽ alicuius creature p:
ticularis non impleat pper aliquod impe
dimentũ. Vel intelligi poteſt ſm potentiã
obedientialẽ ſm quã quelibet creatura ha
betur q ex ea poſſet fieri qd̃ de⁹ vult. et hoc
modo in humana natura eſt capacitas hu
ius dignitatis. vt ĩ vnitate diuine pſone aſ:
ſumatur. nec oportet q deus talẽ capacita
tem impleat ſicut nec oportꝫ q deus faciat
quicquid poteſt. ſed ſm q cõgruit ordini
ſapientie eius ¶ Ad quartã reſpondetur
negando aſſumptũ. quoniã vt dicit apl̃us
ad Roma. v. Ubi abundauit delictum. ſu
perabundauit et gratia. nõ eſt incõueniẽs
vt aliquod bonũ ex peccato de⁹ eliciat qd̃
ſine peccato nõ fuiſſet. ſicut patet in aliq̃b⁹
virtutibus. vt in patientia ⁊ penitẽtia. ⁊ eti
am ex peccato hominis hoc optimũ potu
it elicere vt filius dei incarnaret̃. Propter
quod dicit Gregori⁹. O felix culpa que ta
lem ac tantã habere meruit redemptioneꝫ
¶ Ad quintã rñdetur. negando minoreꝫ
dicimus enĩ iuxta ſanctũ thomã q beatitu
do totius hominis eſt ex ipa deitate ĩ quã
virtus interi⁹ immediate fertur ex quo re
dundat gloria in inferiores ptes anime et ĩ
ipſum corpus. in viſione etiã humanitatis
erit quoddã gaudiũ accidentale. ſicut etiã
in victoria paſſionis eius. tamen conſtat
apud omnes q ſi homo nõ peccaſſet deus
paſſus nõ fuiſſet

## ¶ Ad tertiam queſtio

nem ſic proceditur. Et videt̃ q non fuit cõ:
uenientius filiũ dei incarnari q̈ꝫ patrẽ aut
ſpũmſanctum ¶ Primo ſic. Sicut in mi
ſterio incarnatõnis monſtrata eſt ſapien:
tia in decentia recõciliationis. ita etiã mon
ſtrata eſt potentia in hoc q in infinitum di
ſtantia iuncta ſunt. ⁊ etiã bonitas in hoc q
non deſperit proprij plaſmatis infirmitatẽ
vt dicit Damaſcen⁹. ſed ſicut ſapientia at:
tribuitur filio. ita bonitas ſpirituiſancto ⁊
potentia patri. ergo non magis decebat fi:
lium incarnari q̈ꝫ patrẽ, vel ſpũmſanctuꝫ.
¶ Secũdo ſic. Victoria potentie attribui
tur patri. ſed p incarnationẽ ſecuta ẽ victo
ria de hoſte. ergo incarnatio mag̃ decebat
patrẽ cui appropriat̃ potentia ¶ Tertio ſic
arguitur d̃ ſpũ ſancto. Eorum enĩ que ma:
gis vicina ſunt decentior eſt coniunctio. ſꝫ
ſpũſſanctus eſt pſona nobis magis vicina
vt dicit Auguſtin⁹ libro de ſpiritu ⁊ aĩma
ergo ſpũmſanctũ magis decebat incarna:
ri q̈ꝫ filium ¶ Quarto ſic arguit̃. Incarna
tio dei proceſſit ex maxima charitate quaꝫ
ad nos habuit. ſed charitas appropriat̃ ſpi
rituiſancto. ergo potiſſime decebat ſpiritũ
ſanctũ incarnari ¶ In oppoſitũ arguit̃ ſic.
In mente noſtra ſunt tria tres pſonas rep̃
ſentantia. ſ. mens que rep̃ntat patrem. ver
bum mentis quod rep̃ñtat filium. ⁊ amor
qui rep̃ſentat ſpũmſanctũ. ſed int̃ hec tria
verbũ mentis precipue comparabile ẽ. ſm
qd̃ exterius p vocem ſonat. ergo ⁊ incarna
tio cõuenientiſſime verbũ eternum decuit
quod eſt ipe filius dei. ¶ Rñdeo dicendũ
q decentius fuit filium dei incarnari q̈ꝫ pa
trem vel ſpũmſanctum. Que decentia in:
carnationis filij dei attendit̃ ⁊ ex proprijs ⁊
ex appropriatis. In pprijs autẽ poſſunt q̈t:
tuor conſiderari. ſm q filius eſt. q verbum
eſt. q imago. q media in trinitate perſona
Scd̃m autẽ q filius eſt. cõuenit ad repara
tionem. tum vt p eũ cuius naturaliter ẽ he
reditas alij in filios adoptarent̃ et cohere:
des fiant. Scd̃m autẽ q eſt verbũ. cõuenit
ad reparationẽ. quia inquantũ tale. habet
congruentiã ad officium predicationis et
doctrine. quia verbũ manifeſtat dicentem
et ipſe manifeſtauit patrẽ Joh. xvij. Pater
manifeſtaui nomen tuũ hominib⁹ q̊s de:
diſti mihi de mundo. Inquantũ v̊o ẽ ima:
go conuenientiã habꝫ cum eo q̍ reparãd⁹

erat.ſcilicet cum homine qui ad imagineꝫ
dei factuſ eſt. Geneſ. p̄mo. Unde decuit vt
imago imaginem aſſumeret. increata crea
tam. Inquãtum eſt media in trinitate per
ſona congruit ad vltimũ effectum. qui eſt
reconciliatio hominis ad deum. Decet ei
vt qui eſt medius in trinitate. etiam ſit me
diator. Inueniũtur etiam quattuor in filio
appropriata. ſcilicet ſapiẽtia. et virt⁹ ab apo
ſtolo. equalitas ab auguſtino. ſpẽs ⁊ pul
critudo ab hilario. Inquãtum autem ſapi
entia eſt. congruit ad reſtaurationeꝫ. quia
decet vt que in ſapientia facta ſunt per ſapi
entiam reſtaurẽtur. Inquãtum autem eſt
virtus ⁊ brachium patris. congruit ad vi
ctoriam de hoſte capiẽdam. Luce p̄mo. Fe
cit potentiã in brachio ſuo. Inquãtum ve
ro eſt equalitas. congruit etiam morbo q̄
ſanãdus erat. Uterqꝫ enim ſcilicet homo ⁊
diabolus peccauerunt appetendo equalita
tem dei. Ille potentie. iſte ſcientie. Inquan
tum vero ſpecies ⁊ pulcritudo eſt. congru
it reparationi vt per ipſuꝫ deturpatio ima
ginis per peccatum inducta amoueretur.
¶ Patri vero non conuenit incarnatio. pre
cipue propter proprietatẽ innaſcibilitatis.
Non enim decet vt qui in diuinitate ẽ pater.
in humanitate ſit filius. Sic enim fili⁹ dei
patris eſſet nepos virginis. ſi ipſa v̓go ma
ter eſſet dei patris. Similiter etiam nec ſpi
rituiſancto conuenit. ne nomen filij in plu
res perſonas trãſferatur. ¶ Ad rationes
in oppoſitum. ¶ Ad primã reſpondetur ne
gando conſequẽtiam. Et ratio eſt. Quia li
cet in incarnatione oſtẽdatur potentia ſa
pientia et bonitas. ⁊ ideo efficacia incarna
tionis toti trinitati tribuitur. opus tamen
quod deo incarnato debebatur per filium
expleri decuit. rationibus dictis. et ideo to
ta trinitas carnem ſoli filio vniuit. ¶ Ad
ſecundã rñdetur negando conſequentiaꝫ.
Et ratio eſt. Quia nõ eſt potentis per po
tentiam minus potentẽ vincere. hoc enim
violentuꝫ eſt ⁊ non laudabile ſed per iuſti
ciam ⁊ ſapiẽtiam vincere. et ideo per filiuꝫ
debuit deus pater hoſtem vincere. ¶ Ad
tertiã reſpõdetur. ꝙ ratio non procedit. qꝛ
ſpiritusſanctus nõ dicitur ideo vicinior no
bis ꝙ ſit coniungibilior carni qꝫ filius. ſed
propter charitatem per quaꝫ nobis om̄ia
dona donãtur. Procedit enim vt dicit al
bertus. vt donum a patre et filio donabile
rationali creature. taleꝫ autẽ reſpectum ad
nos non importat nomen filij ſꝫm q̊d eſt in
patre. filius tamen eſt nobis magis vniti
uus quantũ ad congruentiã incarnatõis
rationibus dictis. ¶ Ad quartã reſpõdet
negando conſequentiã. Et ratio eſt. Quia
licet charitas dei ſit cauſa incarnationis. et
ideo cauſalitas diuine incarnatiõis q̄uis
cõmunis ſit tribus perſonis appropriatur
ſpirituiſancto. ñ tñ ex h̓ ſeq̄t ꝙ ſpũſſctũs de
buerit incarnari.

# In dominica ſecũda

cantatur euangelium. Erunt ſigna in ſole
et luna ⁊c̄. Luce. xxi. In quo quia tãgitur de
aduentu chriſti ad iudiciuꝫ. poſſunt diſpu
tari ſequentes queſtiones. ¶ Prima eſt.
Utrum generale iudicium ſit futurum.
¶ Secũda. Utrum omnes iudicandi iu
dicio videbũt filium hominis. id eſt. Chri
ſtum in forma humana glorioſa iudicãteꝫ.
¶ Tertia eſt. Utrum ſigna que aſſignant
in lectione euangelij precedant iudicium.
¶ Quarta eſt. Utrum tempus futuri
iudicij poteſt determinate ſciri ab aliq̊ ho
mine.

## AD primam q̄ſtio

nem qua queritur. Utrum gene
rale aut vniuerſale iudicium futu
rum ſit. proceditur ſic. Et videtur ꝙ non.
¶ Primo ſic. Naãqꝫ dicitur ſꝫm aliam lit
teram. Nõ iudicabit bis deus in idipſum.
ſed nũc deus iudicat de ſingulis hominũ
operibus. cum poſt mortem vnicuiqꝫ pe
nas vel premia pro meritis tribuit. ergo ñ
videtur ꝙ aliud ſit iudicium futuruꝫ expe
ctãduꝫ. ¶ Secũdo ſic. In nullo iudicio ex
ecutio ſentẽtie precedit iudicium. ſed ſentẽ
tia diuini iudicij quo ad homĩes eſt de ad
eptiõe regni vel excluſiõe a regno. vt patet
Matthei. xxv. ergo cum modo quidam

adipiſcātur regnum eternum. Unde dn̄s
latroni in cruce dixit. Hodie mecum eris i
paradiſo. Luce. xxiij. Et quidam excludan⸗
tur ab ipſo perpetue. Unde Luce. xvj. dicit̄
Mortuus eſt diues ⁊ ſepultus eſt i infer
no. ergo fruſtra expectatur aliud iudiciuꝫ
futurum. ¶ Tertio ſic. Propter hoc aliq̄
in iudicium oportet adduci. quia dubiuꝫ
eſt quid de eis diffiniendum ſit. ſed ante fi⸗
nem mūdi determinata eſt vnicuiqꝫ dam⸗
natorum ſua damnatio. et cuiqꝫ ſanctoruꝫ
ſua beatitudo. ergo videtur ꝙ nō oporteat
aliquod futurum iudiciū eſſe. ¶ Oppoſitū
colligitur ex preſenti euangelio. Colligitur
etiam ex illo Joh. xij. Sermo quem locutꝰ
ſum vobis. ille vos iudicabit in nouiſſimo
die. ¶ Reſpondeo dicēdum ſub iſta con⸗
cluſione. ꝙ generale ſiue vniuerſale iudici⸗
um futurum eſt. in quo chriſtus iudicatu
rus eſt omnē hominum multitudinē. Iſta
concluſio eſt primo articulus fidei. qui de
chriſto ait. Iterum venturꝰ eſt iudicare vi
uos ⁊ mortuos. Secundo patet ex illo Jo.
q̄nto. Procedent q̄ bona egerunt in reſur⸗
rectionem vite. qui vero mala egerunt i re
ſurrectionem iudicij. ergo poſt reſurrectiō
nem aliquod futurum eſt iudicium. Rati
one vero ſic oſtenditur predicta concluſio
Pro quo notandum iuxta ſanctū thomā
ꝙ ſicut operatiō pertinet ad rerum princi
pium quo producūtur in eſſe. ita iudiciuꝫ
pertinet ad terminū quo res ad ſuū finem
perducitur. Diſtinguitur autē duplex dei
operatio. Una que primitus res in eē pro
duxit. inſtituens naturam ⁊ diſtinguēs ea
que ad completionē ipſius pertinēt. a quo
quidem opere deus dicitur quieuiſſe. Ge⸗
neſ. ij. Alia eius eſt operatō qua operatur
in eius gubernatione creaturarū De qua
Johis. v. Pater meus vſqꝫ modo opera⸗
tur ⁊ ego operor. Ita etiam duplex eius iu
dicium dicitur. ordine tamen ꝯuerſo. Unū
quod reſpondet operi gubernationiſ que
ſine iudicio eſſe non poteſt. per quod q̄deꝫ
iudicium vnuſquiſqꝫ ſingulariter pro ſuiſ
operibus iudicatur. non ſolū ſm ꝙ ſibi cō⸗
petit. ſed ſm ꝙ competit gubernationi vni

uerſi. vnde differtur premiatio vnius pro
vtilitate aliorum. vt patet ad Hebre. xj. ⁊ pe
ne vnius ad profectū alterius cedunt. Un
de neceſſe eſt ꝙ aliud ſit iudiciū vniuerſale
reſpondens ex aduerſo prime rerū produ⸗
ctioni in eſſe. vt videlicet ſicut tunc omnia
proceſſerunt immediate a deo. ita tunc vlti
ma completio mundi detur vnoquoqꝫ ac
cipiēte finaliter quod ei debetur ſm ſeipſū.
Unde ⁊ in illo iudicio apparebit manifeſte
diuina iuſticia quātum ad omnia que tūc
ex hoc occultant̄. ꝙ interdum d̄ vno diſpo⸗
nitur ad vtilitatē aliorū aliter q̄ꝫ manifeſta
opera exigere videant̄. Unde etiam ⁊ tunc
erit ſeparatio vniuerſalis bonorū a malis
quia vlterius non erit locus vt mali ꝑ bo⸗
nos ⁊ boni per malos proficiant. propter
quem profectū interim commixti inueniū
tur boni malis quoadusqꝫ ſtatus huiꝰ vi
te per diuinam ꝓuidentiam gubernatur.
¶ His habitis dicendū eſt ad rationes in
oppoſitū. ¶ Ad primam rn̄detur. ꝙ deus
non iudicat bis in idipſum ſm idem in illo
iudicio. ¶ Pro quo notandū ꝙ quilibet
homo eſt ſingularis quedam perſona. et ē
pars totius generis humani Unde et du⸗
plex iudiciū ſibi debetur. Unum ſingulare
quod deo fiet poſt mortem quando recipi
et iuxta ea que in corpore geſſit. q̄ꝫuis non
totaliter. quia non quo ad corpus ſed quo
ad animā tantū. Aliud iudiciuꝫ debet eſſe
de eo ſm q̊d eſt pars totius humani gene⸗
ris. ſicut aliquiſ iudicari dicitur ſm huma
nam iuſticiā. etiam quando iudiciuꝫ dicit̄
eſſe cōmunitatis cuius ipſe eſt pars Un̄ ⁊
tunc quando fiet vniuerſale iudicium toti
us humani generis per vniuerſalem ſepa
rationem bonorū a malis. et quilibet ꝑ cō
ſequens iudicabitur. nec tamē deus bis iu
dicabit in idipſum. quia non duas penas
pro vno peccato infert. ſed pena que an̄ iu⸗
dicium complete inflicta nō fuerat. in vlti⸗
mo iudicio complebit̄. pꝰ quod impij cru⸗
ciabunt̄ quo ad corpus et quo ad animaꝫ
ſimul. ¶ Ad ſecundam reſpondetur. ꝙ eſt
falſum ꝙ ſententia illius generalis iudicij
que eſt vniuerſalis ſeparatio bonorum a

malis precedat illud iudicium.nec etiam
quo ad particulare ſententiã vniuſcuiuſq3
plene preceſſit iudicij effectus.quia et boni
amplius poſt iudicium premiabunt̃.tum
ex gloria corporis adiuncta.tum ex nume
ro ſanctorum completo.⁊ mali etiã ampli
us torquebunt̃ adiuncta pena corporis.⁊
completo in penis numero damnatorum
quia quanto cũ pluribus ardebunt magiſ
ardebunt. ¶ Ad tertiã reſpondetur negã
do conſequentiam.Et ratio eſt.Quia vni
uerſale iudicium vt dictũ eſt magiſ directe
reſpicit vtilitatem hominũ q̃3 ſingulos iu
dicandorum.q̃3uiſ igit̃ cuilibet homini an
te iudicium ſit certa noticia de ſua damna
tione vel premio.non tamen omnib⁹ om
nium damnatio vl' p̄miũ innoteſcit.vñ iu
dicium neceſſariũ erit.

## Ad ſecundam queſti

onem qua querit̃.Utrum omnes iudican
di in iudicio videbunt filium hominis.id
eſt.chriſtũ in forma humana glorioſa iudi
cantem.ſic proceditur.Et videtur q̄ non.
¶ Primo ſic.Chriſtus in iudicio non ap
parebit in forma humanitatis glorioſa Jo
hanniſ.xix.Uidebunt in quẽ tranſfixerunt
Gloſa.Quia in ea carne venturus eſt in q̃
crucifixus eſt.ſed crucifixus eſt in forma in
firma.ergo in forma infirmitatiſ apparebit
⁊ nõ in forma glorioſa. ¶ Secũdo ſic.Di
citur Math.xxiiij.Apparebit ſignũ filij ho
minis in celo.id eſt.ſignum crucis.ergo cũ
crux ſit ſignum infirmitatis ⁊ non glorie.⁊
per conſequens non videbit̃ ab omnibus
in forma glorioſa ¶ Tertio ſic.Ocul⁹ non
glorificatus non poterit videre claritatem
corporis glorificati cu3 ſit improporciona
tus.ergo cum multi.vtpote mali.nõ habe
bunt oculos glorificatos non poterunt vi
dere chriſtum iudicantem in forma glioſa
¶ In oppoſitum eſt euangeliũ noſtrum ĩ
quo dicitur.Uidebunt filium hominis ve
nientem in nube cum poteſtate magna et
maieſtate.Maieſtas aute3 et poteſtas ad
gloriam pertinent.ergo in forma glorioſa
apparebit.⁊ ab omnib⁹ videbit̃ ¶ Rñdeo

dicendũ ſub tribuſ concluſionib⁹ ¶ Prima
eſt.q̄ chriſtus in iudicio apparebit ĩ forma
humana.Iſta concluſio patet ex illa parte
euangelij.vbi dicitur Uidebunt filium ho
minis venientem.ergo in forma humana
¶ Secundo.ratione ſic Eius eſt iudicare
cuius eſt legem condere.ſed chriſtus ĩ hu
mana natura apparens nobis legem euan
gelij dedit.ergo in eadem natura apparens
iudicabit. ¶ Tertio ſic.Chriſtus ſm illam
formam iudicabit in qua iudicatus eſt.vt
poſſit ab impijs videri.vt dicit gloſa Jo.v.
ſed iudicatus eſt in ſe forma humanitatis
ergo in eadẽ iudicabit. ¶ Secunda cõclu
ſio eſt.q̄ chriſtus in iudicio apparebit ĩ for
ma humana glorioſa.Iſta concluſio pat3
¶ Primo ſic.Ille qui iudicat deb3 eminẽ
re illis qui iudicantur.ſed electi qui iudica
buntur a chriſto illi corpora glorioſa habe
bunt.ergo multo forti⁹ iudex in forma glo
rioſa apparebit. ¶ Secũdo ſic Sicut iudi
cari eſt infirmitatis.ita iudicare eſt autori
tatis et glorie.ſed in primo aduentu q̃ chri
ſtus venit ad hoc q̄ iudicaret̃ apparuit ĩ for
ma infirmitatis.ergo in ſecũdo aduentu ĩ
quo veniet vt iudicet apparebit ĩ forma glo
rioſa. ¶ Tertia ꝯcluſio.Licet chriſt⁹ in iu
dicio in forma glorioſa ab omnib⁹ vided⁹
ſit.viſio tamen illa ſicut bonis erit delecta
bilis.ita reprobis triſtis et terribilis.Pro
batur concluſio.Dicit enĩ Iſidor⁹ q̄ appa
rebit chriſtus terribilis reprobis.blandus
bonis.Unde ſicut amici gloria eſt delecta
bilis.ita gloria et poteſtas ei⁹ qui odio ha
betur eſt cõtriſtabilis.⁊ ideo ſicut viſio glo
rie humanitatis chriſti erit iuſtis in p̄miũ
⁊ gaudiũ.ita inimicis chriſti erit ĩ ſupplici
um. ¶ Nunc ad rationes in oppoſitum.
¶ Ad primã rñdetur.negãdo ꝯſequentiã
Quia licet in eadẽ carne in qua crucifixus
eſt apparebit.nõ tamẽ ſimiliter ſe habente.
quia p̄mo fuit paſſibilis.ſ3 in iudicio appa
rebit in forma glorioſa ſicut erit ¶ Ad ſecũ
dam rñdet̃.pariter negando cõſequentia3
Ratio eſt.q̃a licet ſignũ cruciſ apparebit in
iudicio nõ tamen ad iudiciũ.tunc exiſtẽtis
infirmitatis ſed poteſtatis vt p̄ hoc iuſtio

appareat condemnatio eorũ qui tantã mi-
ſericordiam neglexerunt ¶ Ad tertiam re-
ſpondetur negando cõſequentiã. Et ratio
eſt. quia corpus glorioſuꝫ habet in poteſta-
te ſua vt ſe demonſtret vel non demõſtret
oculo nõ glorioſo. ideo ĩ forma glorioſa chri-
ſtus ab omnibꝰ poterit videri

¶ Ad tertiam queſtio-
nem qua querit̃. Utrum ſigna que ponũt̃
hic in euangelio p̄cedere debeãt iudicium
ſic proceditur. Et videt̃ ꝙ non. ¶ Primo ſic.
Dicit aplus. j. ad Theſ. v. Cũ enim dixerint
pax ⁊ ſecuritas. repentinꝰ eis ſup̄ueniet in-
teritus. ſed nõ eſſet pax ⁊ ſecuritas ſi hoĩes
per ſigna p̄cedentia terrerent̃. ergo ſigna il-
la que ſunt ad terrorẽ nõ p̄cedẽt iudicium.
¶ Secundo. Signa ad manifeſtationeꝫ
alicuiꝰ ordinant̃. ſed aduẽtus chriſti ad iu-
dicium debet eſſe occultꝰ. Unde j. Theſ. v. dr.
Dies domini ſicut fur in nocte veniet. er-
go ſigna non debent ipſum precedere.
¶ Tertio ſic. Tempꝰ primi aduentus fuit
p̄cognitũ a prophetis. qđ non eſt de ſecun-
do aduentu. ſed primũ aduentũ chriſti nõ
preceſſerunt aliqua ſigna. ergo nec ſecũdũ
precedent. ¶ Quarto ſic. Corpora celeſtia
inalterabilia ſunt. ergo non obſcurabũtur
¶ Quinto ſic. Cum ſtelle ꝫm ſubſtantiam
⁊ ſitum ſint perpetue ⁊ immutabiles non
videtur ꝙ d̄ celo debeant cadere ¶ Sexto
Angeli ſunt beati. beatitudo vero excludit
omnẽ miſeriã ⁊ mutabilitateꝫ. videt̃ ꝙ vir-
tutes celorũ que dicunt̃ angeli nullo mõ p̄nt
dici timore affici vł moueri ¶ In oppoſitũ
eſt euangeliũ p̄ſens. Reſpondeo dicendũ
ſub iſta cõcluſione. ꝙ ſigna que deſcribun-
tur in hoc euãgelio p̄cedent futuruꝫ iudici-
um. Iſta cõcluſio ſic declarat̃ ex dictis in ſu-
periori queſtione. Dictũ eſt enĩ ꝙ chriſtus
ad iudicandũ veniẽs in forma glorioſa ap-
parebit ꝑpter autoritatẽ que iudici debet̃.
ad dignitatẽ aũt iudiciarie poteſtatis per-
tinet habere aliqua indicia q̄ ad reuerẽtiaꝫ
⁊ ſubiectionẽ inducãt. ⁊ ideo aduentũ chriſti
ad iudiciũ veniẽtis multa ſigna p̄cedẽt. vt
corda hominũ in ſubiectionem venturi iu-
dicis adducantur et ad iudiciũ preparent̃.
et inter alia hec que in euãgelio deſcribun-
tur. ¶ Ad rõnes in cõtrariũ. ¶ Ad p̄maꝫ
reſpondetur ꝙ ꝫm qđ dicit auguſtinus in
libro ad Eſicium. Circa finem mundi erit
vniuerſalis p̄ſecutio malorũ ɔtra bonos.
Unde ſicut aliqui timebunt. ſcꝫ boni. ſic ali-
qui ſecuri erunt ſcꝫ mali. Qđ ergo dicit̃. Cũ
enim dixerit pax ⁊ ſecuritas ⁊c. ad malos re-
ferendum eſt. qui ſigna futuri iudicij par-
uipendent. Ad bonos vero ꝑtinet qđ hic in
euangelio dicit̃. Areſcentibꝰ hominibus
p̄ timore ⁊c. ¶ Ad ſecundã reſpondetur ꝙ
dies domini dicit̃ ſicut fur venire in nocte.
non ꝙ dominꝰ ad iudiciũ ſit venturꝰ d̄ no-
cte. imo veniet de die in luce clariſſima ſic
aſcendit. ſed q̄a ignorat̃ tp̄s determinatum
ꝙ p̄ ſigna illa cognoſci non poterit. ¶ Ad
tertiã r̃ndetur negãdo cõſequentiaꝫ. Et rõ
eſt. q̄ꝛ nõ eſt ſimile de p̄mo aduentu ⁊ ſcđo
In primo eni aduentu chriſtꝰ venit occul-
tus q̄zuis determinatuꝫ tp̄s eſſet p̄us p̄co-
gnitum a p̄phetis. ⁊ ideo nõ oportebat hmõi
ſigna in p̄mo aduẽtu apparere ſicut appare-
bunt in ſecũdo aduẽtu. in quo manifeſtus
veniet q̄zuis determinatũ tp̄s ſit occultuꝫ.
¶ Ad quartaꝫ reſpondetur. ꝙ corpa cele-
ſtia non obſcurabũtur per priuationem p̄-
prij luminis cum ſit eis naturale. corpora
autem celeſtia manebunt in ſua natura in-
tegra. ſꝫ iſta obſcuritas erit reſpectu noſtri
per interpoſitioneꝫ alicuius corporis opa-
ci. quemadmoduꝫ fit in eclipſi. Luna vero
dicitur non datura lumen ſuum. Math.
xxiiij. quod poteſt dupliciter intelligi. Uno
modo. quia erit interpoſita inter terram ⁊
ſolem. ⁊ pars lune que eſt verſus terraꝫ ob-
ſcurabitur cuꝫ non habeat lumen niſi a ſo-
le. Alio modo per interpoſitionem nubiũ
obſcurantium. ¶ Ad quintam de ſtellis
ꝙ ſtelle non cadent d̄ celo quantum ad eo-
rum ſubſtantiam cum ſint incorruptibiles
ſed ſcđm apparentiam. quia vere ſtelle ab-
ſcondent̃ nubiũ denſitate. ⁊ de nubibꝰ v̄ſus
terrã deſcendẽt exalatiões ignite q̄ dicunt̃
ſtelle cadẽtes. Uł vt dicit albertꝰ magnꝰ ꝙ

ſtelle dicuntur cadere.non quantū ad ſub
ſtantiam ſuam.ſed quantū ad caſum ſue
virtutis quam habent modo ¶ Ad ſextā
rn̄detur q᷑ virtutes celoꝝ dicuntur moue
ri.quia tunc multa terribilia facient ad ter
rorem hominū. Hec aūt motio in nullo cō
tradicit ſtatui beatitudīs anglo᷑ꝝ vt patꝫ.⁊
ita rō in nullo ꝓcedit.

## Ad queſtionem quar

tam qua querit᷑. Utrū tempus futuri iudi
cij poteſt determinate ſciri ab aliquo hoīe.
ſic proceditur. Et videt᷑ q᷑ ſic ¶ Primo ſic
Sicut enim ſancti patres expectabant pri
mum aduentū.ita nos ſecundū expecta
mus.ſed ſancti patres ſciuerunt temp⁹ ad
uentus primi.ſicut per numerū hebdoma
daꝝ que deſcribūtur Danielis.ix.ergo vi
detur q᷑ et nobis eſt poſſibile ſcire tempus
ſecūdi aduentus determinatū. ¶ Secun
do ſic. Per ſigna deuenimus in cognitio
nem ſignatoꝝ.ſed de iudicio multa ſigna
in hoc euangelio nobis deſcribunt᷑.ergo in
cognitionem illius temporis poſſum⁹ de
uenire. ¶ Tertio ſic. Scdm Auguſtinū
ī fine de ciuitate dei.ſexta etas currit ab ad
uentu chriſti vſqꝫ ad finem mundi.ſed ſcit᷑
quantum precedentes etates durauerunt
ergo ſciri poteſt quantum iſta etas durare
debeat per comparationem ad alias.
¶ Quarto ſic. Magnū et paruū. diutur
num et breue relatiue dicuntur de vno per
comparationē ad aliud.ſed tempus illud
quod eſt ab aduentu chriſti vſqꝫ ad finem
mundi dicitur eſſe breue.vt patet.j. Corint.
vij. Temp⁹ breue eſt. Et in eadem.x. Nos
ſumus in quos fines ſeculoꝝ deuenerūt.
Et.j. Johānis.ij. Nouiſſima hora eſt. ergo
hoc dicit᷑ per comparationem ad temp⁹ ꝑ
cedens.ergo ſaltem hoc videt᷑ ſciri poſſe. q᷑
multo breuius eſt tempuſ ab aduentu chri
ſti vſqꝫ ad finem mundi qꝫ a principio mū
di vſqꝫ ad chriſtum. ¶ In oppoſitū eſt illō
Matth.xxiiij. De die illa et hora nemo ſcit
nec angeli celorum ¶ Secundo ſic. Si de
beret aliquibus reuelari.precipue reuelatū
fuiſſet querentib⁹ apoſtolis qui doctores
totius mundi inſtituebantur . ſed eis de fi
nali aduentu domini querentibus reſpon
ſum eſt Actuū pmo. Non eſt veſtrum noſ
ſe tempora vel momenta que pater poſuit
in ſua poteſtate.ergo mlto minus eſt alijs
reuelatum. ¶ Reſpondeo dicendum ſub
iſta concluſione. q᷑ tempus determinatū
futuri iudicij non poteſt cognoſci ab aliq
puro homine.a ſolo enim deo et ab homi
ne chriſto cognoſcitur. Probatur enī iſta
concluſio iuxta ſanctum thomam in que
ſtionibus de potentia dei.quia duplex eſt
modus quo poſſumus cognoſcere futura
ſcilicet per cognitionem naturalem et per
reuelationem. Naturali quidem cognitiō
ne cognoſci non poteſt determinate finis
mundi.quia eiuſ non eſt alia cauſa niſi vo
luntas diuina quam quidem cauſam na
turali cognitione cognoſcere nō poſſum⁹
Per reuelationem vero licet ſciri poſſet ſi
deus vellet reuelare. non tamen congruū
eſſet q᷑ reuelaretur niſi homini chriſto. Et
hoc quia finis mundi non erit niſi comple
to numero electorum.cuius completō eſt
quedam executio toti⁹ diuine predeſtina
tionis. Unde non competit reuelationem
fieri de fine mundi niſi ei cui fit reuelatio d
tota predeſtinatione diuina. ſcilicet homi
ni chriſto.per queꝫ tota diuina predeſtina
tio totius humani generiſ quodammodo
impletur. Unde dicit᷑ Johānis qnto. Pa
ter enim diligit filiū ⁊ omnia demonſtrat
ei que ipſe facit ¶ Ad ratōnes in oppoſitū
¶ Ad primam rn̄detur negando conſe
quentiam. Et ratio eſt. Quia non eſt ſimi
le de primo aduentu et ſecundo. quia pri
mus aduentus chriſti nobis parabat viaꝫ
ad merendum per fidem et alias virtutes
et ideo ex parte noſtra requirebatur primi
aduentuſ noticia.vt credendo in eum qui
venturus erat. et per eius gratiam mereri
poſſemuſ. In ſecundo autem aduentu pre
mia reddentur pro iuſtis.et ſic ex parte no
ſtra non requiritur quid agamus aut qd
cognoſcamus.ſed quid recipiamus. Un
de non oportet precognoſcere determina
te tempus illius aduent⁹. ¶ Ad ſecundā

rationem reſpōdetur negādo cōſequētiā. Et rō eſt. quia illa ſigna poſita ſunt ad manifeſtandū q̄ quādoq3 mūdus finietur. nō autē ad manifeſtandū determinatu3 tempus quādo finietur. Ponūtur autē inter illa aliqua ſigna q̄ quaſi a mundi exordio fuerunt. ſic q̄ ſurget gens cōtra gentē. et q̄ terremotus erunt p loca. ſed inſtante mundi fine hec abundātius euenient. Que aūt ſit illa menſura horū ſignorū que añ finem mundi erit manifeſtū nobis eſſe nō poteſt ¶ Ad tertiam rñdetur. negando ꝯſequentiam. Et ratio eſt. quia ſicut Auguſtinus d. libro. lxxxiij. q. vltima. q. Etas mundi cōparatur vltime etati hoīs. que determinato numero annorū non diffinitur. ſicut alie etates diffiniūtur. ſed quādoq3 tantu3 durat quantū omnes alie vel etiam amplius. Unde etiā iſta vltima etas mundi nō pōt determinato numero annorū generatiōe3 diffinire. ¶ Ad quartā rñdetur. negando conſequentiā. Et ratio eſt. quia ex hoc q̄ dicitur. nouiſſima hora. vel ex ſimilibus locutionibus que in ſcriptura dicunt. nō videtur aliqua determinata quantitas temporis ſciri. Non enī illa ſunt dicta ad ſignificandum breue3 horam ipſius temporis. ſ3 ad ſignificādum ſtatū mundi qui eſt quaſi nouiſſima etas. que quanto tempore duret nō eſt diffinitum. nō enim legi euangelice alius ſtat⁹ ſuccedet. que ad pfectu3 adducat. ſicut ipa ſuccedit legi veteri. ⁊ lex vetus legi nature.

## In dominica tertia

eſt euangeliu3. Cum audiſſet Johānes in vinculis opera chriſti. Matthei. xj. Circa quod occurrunt ſequentes queſtiones diſputande. ¶ Primo Utrū beatus Johannes baptiſta dubitauerit an chriſtus eſſet qui mittendus erat ſaluator mundi.

¶ Secūdo Utrum chriſtus conueniēter reſpondit ad queſtionē iohānis. Cum ait: Dicite iohanni. Ceci vident ⁊c. ¶ Tertio Utrum beatus iohannes fuerit plus q̄3 propheta.

Ad primā ſic proceditur. qua queritur. Utrum beatus iohānes dubitauerit an chriſtus mittēdus erat ſaluator mundi. ſic proceditur. Et videtur q̄ ſic ¶ Primo. Quia queſtio eſt dubitabilis ppoſitio. Ipſe aūt q̄ſiuit. vtru3 ipe chriſtus eſſet qui venturus erat ſaluator mundi. ergo videtur dubitaſſe. ¶ Secundo. Dicit ſic Gregori⁹ ī omelia q̄ beatus iohānes petiuit an ſicut p hominibus naſci dignatus eſt. an etiā pro hominibus mori ⁊ ad inferos deſcendere dignaretur. ergo videtur q̄ dubitauerit ¶ In oppoſitū eſt q̄ ipſe teſtimonium de eo phibuit q̄ eſſ3 agnus dei qui peccata mūdi tolleret Johis pmo. ergo non dubitauit. Reſpondeo dicēdū q̄ circa hanc queſtionem fuerunt varij modi dicendi. Beatus gregorius dixit q̄ beatus iohannes non dubitauit. vtrum chriſtus eſſet ſaluator mundi. ſ3 dubitauit vtrum ſicut natus erat ī humanitate noſtra. ita etiā moreretur pro ſalute humana. Sed hec reſponſio non videtur cōueniens. quia iohānes non fuit minus illuminatus q̄3 prophete veteris teſtamenti. Prophete autem cognouerunt chriſtū nō tātum naſciturū in carne ppter nos. ſ3 etiam moriturū. vt habet Eſaie. liij. Tanq̄3 ouis ad occiſionem duct⁹ eſt. ergo multo fortius iohānes qui fuit plus q̄3 propheta cognouit. Item iohannes de chriſto predixerat. ſicut dictū eſt. Ecce agn⁹ dei Johis. j. qd nō dixiſſet vt videt. niſi vidiſſ3 eū immolandū pro ſalute mūdi. Alij vt Ambroſius dicūt. q̄ triplex eſt dubitatio. Una infidelitatis. que fuit in iudeis. Alia tarditatis q̄ fuit in diſcipulis. Alia eſt pietatis. que fuit in iohanne baptiſta vt ambroſius videtur dicere. q̄ beatus iohannes non fecit illam queſtionē chriſto. Tu es qui venturus es. dubietate. ſed quadam pietate. modo quo dixerat petrus quando audiuit chriſtum iturū hieruſalē ⁊ paſſurū ⁊ moriturum ibi. Abſit a te domie vt hoc fiat. Sciebat enim iohannes chriſtu3 moriturum pro humano genere et ad infernum deſcenſuru3. ſed

compatiendo morti eius. queſiuit per mo
dum dubitãtis. Sed hoc nõ exprimit in ỽ
bis Iohis. ⁊ ideo tertij dicũt vt Auguſtinꝰ
⁊ Chryſoſtomꝰ cũ q̃bus tenendũ. ꝙ iohẽs
nõ dubitauerit de p̃dictis. q̃a certitudinali
ter cognouit. ſed diſcipuli eius q̃ non erãt
ſic illuminati dubitauerũt. ⁊ ideo iohãnes
ꝑ diſcipulos ſuos queſtionẽ ꝓpoſuit. nõ ꝓ
pter ſui dubitationẽ. ſed diſcipulorũ heſita
tionez. quaſi diceret. Sepe vos ammonui
⁊ non credidiſtis mihi ꝙ ipſe eſſet. ecce mit
to duos ex vobis. ⁊ dicite. Tu es qui ventu
rus es ⁊c. vt ꝑ vos ipſos certificati. magis ac
quieſcatis. Ego enim nõ ſum chriſtus. ſed
ipſe qui ſpũm accepit non ad menſuram.
Et hoc de iſta queſtione. Ex dictis patet re
ſponſio ad obiecta. ¶ Ad p̃mũ dicitur ꝙ
non erat dubitatio iohis ſ3 diſciploꝝ ¶ Ad
ſecundũ rñdeẽ ꝙ expoſitio gregorij nõ reci
pitur in hac pte.

### Ad ſecundam queſti
onem qua queritur. Utrũ chriſtus conue
nienter reſpondit queſtioni iohis. Et vide
tur ꝙ non. ¶ Primo ſic. In primo aduen
tu venturꝰ erat in infirmitate. ſc̃m illud Eſa.
liij. Tanq̃3 virum dolorũ ⁊ ſcientẽ infirmi
tatem. ſed opera miraculorũ magis ptinẽt
ad virtutẽ ⁊ maieſtatem q̃3 ad infirmitatẽ.
ergo non cõuenienter reſpõdit ſe eſſe q̃ vẽ
turus erat in carne3 ꝑ operationẽ miracu
lorum. ¶ Secundo ſic. Miracula q̃ chri
ſtus fecit ab alijs facta ſunt. ergo ꝑ talia nõ
conuenienter rñdebat ꝙ ipſe erat qui ven
turus eſſet ad ſaluandũ mundũ. ¶ In op
poſitum eſt euangeliũ preſens. ⁊ illud Ioh
q̃nto. Opera que mihi dedit pater vt faciã
ipſa teſtimoniũ perhibent d' me ¶ Reſpõ
deo dicendũ ꝙ chriſtus cõuenienter reſpõ
dit. Reſpondit eni3 non per verba ſed ꝑ fa
cta faciens in conſpectu diſcipulorũ Iohã
nis miracula multa manifeſte declarãtia
ꝙ ipſe eſſet chriſtus. hoc eſt quod dicit. Re
nunciate iohanni que audiſtis ĩ doctrinis
⁊ vidiſtis in miraculis. Ceci vident ad pre
ceptum meum quod ſolius dei eſt. ¶ Ad
rationes in oppoſitum dicendũ. ¶ Ad pri
mam reſpondetur negando conſequenti
am. Et ratio eſt. Quia licet filius dei ventu
rus erat in primo aduẽtu ĩ infirmitate car
nis. venturus tamen erat in virtute dei. q̊d
manifeſtandum erat per miracula. Unde
Eſaie. xxxv. ait propheta. Deus ipſe veniet
et ſaluabit nos. tunc aperientur oculi ceco
rum et aures ſurdorum patebunt. tunc ſa
liet ſicut ceruus claudus ⁊c. ¶ Ad ſecundã
reſpondetur negando aſſumptum. Dici
mus enim. ꝙ a nullo ſanctorum facta fue
runt miracula propria virtute ſic a chriſto
facta ſunt. Unũ manifeſtũ argumentũ fuit
ſue diuinitatis ⁊ ꝙ ipſe erat q̃ venturꝰ erat
ſaluator mũdi

### ¶ Ad tertiam queſtio
nem qua queritur Utrum iohannes fuit
plus q̃3 propheta proceditur ſic Beatꝰ Io
hannes non fuit propheta vt ip̃e dicit de ſe
ipſo Iohis p̃mo. ergo non fuit plus q̃3 pro
pheta ¶ Secundo ſic. Matthei. xj. dicitur
Lex et prophete vſq3 ad iohãnem. ergo vi
detur ꝙ Iohannes non fuit ꝓpha. ¶ Ter
tio. Propheta dicitur qui procul in futu
rum fatur. ſed beatus iohannes non ꝓphe
tauit procul de chriſto in futurum. ſed pre
ſentem digito oſtendit. ergo videtur ꝙ nõ
poteſt dici propheta. ¶ In oppoſitum eſt
preſens euangelium ¶ Reſpondeo dicen
dum ſub iſta concluſione. ꝙ beatus iohan
nes fuit propheta ⁊ plus q̃3 propheta. pat3
concluſio. Primo teſtimonio Chriſti.
¶ Secundo ſic. Q; fuerit propheta. dicit
Luce p̃mo. Tu puer propheta altiſſimi vo
caberis. ꝙ vero fuerit plus q̃3 propheta pa
tet. ¶ Primo quia prophete eſt futura p̃
dicere. iſte autem non ſolum futura ſed eti
am preſentia oſtendit dicens. Ecce agnus
dei. ecce q̃ tollit peccata mũdi. Hec ratõ tã
gitur in hymno cũ dicitur. Ceteri tantum
cecinere vatum corde p̃ſago iubar affutu
rum. Tu quidẽ mundi ſcelus auferentem
indice prodis ¶ Secundo. quia ante viſu3
vite motum oſtendit ꝓphete. Luce primo.
Ut facta eſt vox ſalutationis tue ĩ auribꝰ
meis. exultauit ĩ gaudio infans ĩ vtero meo

¶ Tertio q2 nõ ſolũ ꝓpheta ſ3 baptiſta chri
ſti fuit ¶ Quarto q2 ſup hoc ꝙ ꝓpħa fuit
fuit etiã ꝑcurſor chriſti. Luc. j. Preibis enĩ
ante faciẽ dñi parare vias eiꝰ. ¶ Quinto
Quia ſicut chriſtꝰ ꝓphetizatus eſt ab eo ⁊
ab aliis ꝓphetis. ita beatꝰ iohãnes ab aliis
ꝓphetis nũciatus eſt. Vñ ſaluator ipẽ vo-
lens oſtẽdere qualit̃ iohẽs plus q3 ꝓpheta
fuiſſet. ſtatim ſubdit. Hic eſt de q̊ ſcriptũ ẽ
ſc3 Malach. iij. Ecce mitto angelũ meũ an
te faciẽ tuã. ſunt verba patris ad filiũ ¶ Ad
rõnes in oppoſitũ. Ad ꝑmã rñdetur. negan
do añcedens. ad ꝓbationẽ dicimꝰ ꝙ iohẽs
nõ negauit ſe eẽ ꝓphetã abſolute. nec ꝓphe
tam miſſum añ chriſtũ. ſ3 negauit ſe eẽ illu3
ꝓphetã d̃ quo loquit̃ ſcriptura. Deut. xviij
Prophetã ſuſcitabit vobis deus de fratri
bus veſtris ipm̃ audietis ⁊c. que quidẽ au
toritas ẜm veritatẽ intelligẽda eſt ad lrãm
de chriſto. licet iudei vt dicit magiſter nico
laus de lyra. intelligãt de alio ꝓpħa ¶ Ad
ſecundã rñdetur. negãdo cõſequentiam. ⁊
ad autoritatẽ Matth. xj. rñdetur ꝙ ꝑ illud
verbũ nõ eſt intelligendũ ꝙ poſt ſe nõ fue-
rint alii ꝓphete cũ deus dicat Matth. xxiij
Ecce mitto ad vos prophetas ⁊ ſcribas ⁊c.
Item Luc. ij. Anna ꝓphetizauit. ſ3 iõ d̃r lex
⁊ ꝓphete vſq3 ad iohannẽ. q2 in lege ⁊ pro-
phetis veritas de chriſto erat ſub figuris ⁊
enigmatibus tradita. ſed a iohãne eſt mãi-
feſte oñſa dicẽte. Ecce agnus dei ⁊c. ¶ Ad
tertiã rñdet̃ iuxta albertum ꝙ ꝓpheta capi
tur dupliciter. Uno modo ſtricte et ꝓprie.
ſc3 qui ꝓcul ĩ futurũ fatur de verbo ⁊ ſacra
mentis. ⁊ hoc accipit̃ ꝑ diuinã inſpirationẽ3.
Alio modo dicit̃ ꝓpheta large. ſc3 habens
diuinã inſpirationẽ de v̓bo et ſacramentiſ
eius. et hoc modo beatꝰ iohãnes fuit ꝓphe
ta ⁊ nõ ꝑmo modo

# In dominica quarta

legitur euãgeliũ In illo tpe. Miſerunt iu-
dei a hieroſolymis ⁊c. Iohis. j. Circa quod
põt diſputari ſequẽtes queſtiones ¶ Pri
ma eſt Utrũ beatꝰ iohãnes bñ rñdit ad in
terrogationem ſacerdotũ ⁊ leuitarũ q̄ren-
tium. Tu quis es ¶ Secũda eſt. Utru3 fu
erit cõueniens iohẽm baptizare ¶ Tertia
eſt. Utrum conueniens fuit vt chriſtus in
ter hoĩes ↄuerſaret̃

Ad primam q̃ſtionem in qua querit̃. Utrum beatꝰ
iohannes bene reſpondit ad inter
rogationem ſibi factã per ſacerdotes et le-
uitas. Tu quis es. Et videt̃ ꝙ non. ¶ Pri
mo in hoc ꝙ rñdit. Non ſum ego chriſtus
cum de hoc non videat̃ fuiſſe interrogatꝰ.
¶ Secundo videtur male rñdiſſe. cum di
xit ſe non eſſe heliam. cum Matth. xj. chri-
ſtus dicat de eo. Ipſe eſt helias. ¶ Tertio
videtur male reſpondiſſe cum interrogatꝰ
ſi eſſet propheta reſpondit. ſe non eſſe ꝓphe
tam ¶ Quarto videtur male reſpondiſſe
cum interrogatꝰ dicat ſe eſſe vocẽ claman-
tis in deſerto ¶ In oppoſitũ eſt. quia iohã
nes cum eſſet repletus ſpiritu ſancto ex vte
ro matris ſue ⁊ ꝑ cõſequens illuminatus
a deo. congruũ fuit vt nõ rñderet niſi bene
¶ Ad rationes in oppoſitu3 reſpondetur.
¶ Ad primã dicit̃. ꝙ licet expreſſe non fue-
rat interrogatus an eſſ3 chriſtus. iſta tamẽ
erat intentio illoru3 querendi et ſciendi an
eſſet chriſtus. Cum enim tempore quo vi-
uebat iohannes eſſet famoſa opinio et ma
xime in hieruſalẽ vbi vigebat ſtudiu3 legis
et prophetarum. ꝙ tempuſ aduentus meſ
ſie eſſet de proximo. ⁊ meſſiam de proximo
expectabant. Preterea videbant iohanniſ
baptiſte mirabilem natiuitatẽ et eius excel
lentem ſanctitatem. Ideo erãt moti ad opi
nandum ipſum eſſe chriſtum. propt̃ quod
miſerunt ſolenniores nuncios ad Iohan-
nem. volentes ſuper hoc ſcire voluntatem
eius. ⁊ ita recte beatus iohannes dicens ſe
non eſſe chriſtum reſpondit intentioni eo-
rum. Hoc enim querebant. Tu quis es. vt
reſponderet eis ſi eſſet chriſtus vel non
¶ Ad ſecundam dicitur ꝙ optime reſpõ-
dit negando ſe eſſe heliam. quia ita erat in
veritate ꝙ non erat helias ĩ ꝑſona. Chriſtꝰ
autem dixit eum heliã non in perſona. ſed
in ſpiritu et virtute. quia ſcilicet ſimilitudi-
nem helie in ſuis operibus demonſtrabat

Et hoc ſpecialiter in trib⁹. Primo ī officio
quia ſicut helias ſecundū dn̄i aduentū pre
ueniet. ita iohes p̄ceſſit p̄mū. Unde āgelus
dixit. Ipſe p̄cedet an̄ illum. Secūdo ī auſte
ritate vite. q̄a helias in deſerto morabatur.
parce vtebat̄ cibo. ⁊ duris veſtibus operie
batur. vt dr̄. iiij. Reg. xvij. Ita iohes in deſ̄to
eſca eius erāt locuſte ⁊ mel ſilueſtre. ⁊ zona
eius de capillis cameloꝝ. Tertio q̄ntuꝫ ad
zelum. q̄r helias maximi zeli fuit. Unde di
cebat. iij. Reg. xix. Zelo zelatus ſum. ſic ⁊ io
hannes zelo v̄itatis mortu⁹ eſt ¶ Ad terti
am r̄ndetur. ꝙ bene r̄ndet negādo ſe eē pro
phetam. Negauit q̄dem ſe eē ꝓphetā. non
abſolute ſed illū excellentiſſimū de quo ipſi
querebant. et de quo ſcriptura loq̄t̄ Deut.
xviij. Suſcitabit vobis dn̄s ꝓphetā de fra
tribus veſtris ꝛc. que ſcriptura ad lr̄ām eſt
intelligenda de chriſto. Uel negauit ſe eſſe
ꝓphetam quia nō fuit ꝓpheta ſimpliciter
ſiue tantū. ſed plus q̄ꝫ ꝓpheta. Alij nāqꝫ ꝓ
phete ſola futura p̄dicabant et a remotis.
Iohānes v̄o chriſtū p̄ntem nunciauit di
gito oſ̄ndens. d. Ecce agnus dei. ecce q̄ tol
lit peccata mundi. ¶ Ad quartā r̄ndetur.
ꝙ etiā bn̄ r̄ndit dicens ꝙ eēt vox clamantis
in deſ̄to ꝛc. Beatus eī Iohes cuꝫ eēt deuo
tiſſimus adimplens q̄d ap̄ls dicit ad Gal.
ij. ſ. Uiuo ego. iam nō ego ſꝫ viuit ī me chri
ſtus. Nō r̄ndit ego ſum fili⁹ zacharie vl' ta
lis ⁊ talis. ſed illud in q̊ chriſtū ſequebatur
Un̄ dixit. Ego vox clamātis ꝛc. Dicit autē
ſe vocē eē. q̄a vox origine poſterior eſt v̄bo
ſꝫ noticia p̄or. Nā v̄bū in corde conceptū ꝑ
vocē ꝓlatū cognoſcitur⁹ cū ſit ſignū ei⁹ De
us aūt pater p̄curſorē miſit iohem in tp̄e fa
ctum. vt v̄bū ſuū ab eterno cōceptū annū
ciaret. Et ideo ꝯgrue dicit Iohes. Ego vox
clamātis in deſ̄to. ſ. iudee. dirigite viā dn̄i.
id eſt. ego ſum ille de q̊ ſcriptura ſc̄tā loqui
tur Eſa. xl. Ego vox clamātis in deſ̄o. vt ho
mines ſe ad aduētū chriſti ī mundū prepa
rēt. Et ſic patet ꝙ iohānes in omnibus bn̄
r̄ndit ad interrogationem ſibi factam Tu
quis es

## Ad ſecundam queſti

onem qua q̄rit̄. Utrū fuit ꝯueniēs Iohem
baptizare ſic ꝓcedit̄. Et videt̄ ꝙ n̄. Primo ſic.
Ois enī ritus ſacramētal' ad aliquā ꝑtinet
legē. ſꝫ iohes nō introduxit nouā legē. ergo
incōueniēs fuit ꝙ iohes nouū ritū baptizā
di introduceret. ¶ Secūdo ſic. Iohes fuit
miſſus a deo ī teſtimoniū tāq̄ꝫ ꝓpheta. ſꝫm
illud Lu. j. Tu puer ꝓpha altiſſimi vocabe
ris Sꝫ ꝓphete q̄ fuerūt an̄ chriſtū nō intro
duxerūt nouū ritū. ſꝫ ad obſ̄uantiā legali
um inducebāt. vt patet Malach. vlt. Me
mentote moyſi ſ̄ui mei. ergo nec iohes no
uū ritū baptizandi inducere debuit ¶ Ter
tio ſic. Ubi eſt alicui⁹ rei ſupfluitas. nō eſt
ad illud aliud addendū. ſꝫ iudei excedebāt
in ſupfluitate baptiſmatū. vt dr̄ Mar. vij.
Qꝛ pharisei ⁊ oēs iudei niſi crebro lauent
man⁹ nō manducāt ⁊ in ſero niſi baptizen
tur nō comedūt. ⁊ alia multa q̄ tradita ſūt
illis ſ̄uare. vt baptiſma calicū ꝛc. ergo incō
ueniens fuit ꝙ iohes baptizaret. Quarto
ſic. Baptiſm⁹ iohis nō videt̄ eē a deo. ergo
incōueniēs fuit Iohem talē ritū introduce
re. ꝯſequētia patet. an̄cedēs ꝓbat̄ ſic. Nihil
enī ſacramētale q̄d eſt a deo denominatur
ab hoīe puro. Un̄ baptiſm⁹ noue legis nō
dicit̄ petri aut pauli. ſed baptiſm⁹ denomi
natur a iohāne. Dicit̄ enī baptiſm⁹ iohis
ergo nō eſt inſtitut⁹ a deo ¶ Quinto ſic.
Alia ſacramēta n̄ habuerūt aſſuefactoria.
ergo nec baptiſm⁹ chriſti debuit habere ha
ptiſmuꝫ iohis. vt aſſuefaceret hoīes ad ba
ptiſmū chriſti. In oppoſitū eſt euangeliū
p̄ns ⁊ Mat. iij. vbi p̄miſſa ſanctitate iohis
ſubdit̄ ꝙ exibāt ad eū multi ⁊ baptizabant̄
in iordane. ¶ Rn̄deo dicēdū ſub iſta ꝯclu
ſione. ꝙ ꝯueniēs fuit iohānem baptizare
¶ Que cōuenientia colligit̄ ex quattuor.
¶ Primo q̄a oportebat chriſtū baptizari a
iohe vt baptiſmū ꝯſecraret. vt dicit Aug⁹
ſup iohem ¶ Secundo vt chriſtus mani
feſtaretur. Unde iohannes baptiſta dicit
Iohis. j. Ut manifeſtetur. ſcilicet chriſt⁹ ī
iſrael. propterea veni ego in aqua baptizāſ
Concurrentibus enim turbiſ annūciabat
chriſtum. Quod quidem facilius ſic fa
ctum eſt q̄ꝫ ſi per ſingulos diſcurriſſet. vt

Chryſoſtomus dicit ſuper iohēm. Tantuꝫ
eni officiū iohānis p̄dicando ⁊ baptizādo
ordinabat̄ ad manifeſtationē chriſti ¶ Ter
tio vt ſuo baptiſmo aſſuefaceret homines
ad baptiſmū chriſti. Vñ Greḡ. dicit ī q̄daꝫ
omelia. q̄ ideo baptizauit iohēs. vt p̄ceſſio
nis ſue ordinē ſeruās qui naſciturū domi-
num naſcēdo p̄uenerat. baptiſando q̄ꝫ ba-
ptizaturū p̄ueniret. ¶ Quarto vt ad peni
tentiā homīes inducēs p̄pararet ad digne
ſuſcipiendū baptiſmū chriſti Vñ Beda di
cit. q̄ quantū cathecuminis nondū bapti-
ſatis p̄deſt doctrina fidei. tantū profuit ba
ptiſmus iohānis ante baptiſmū chriſti. q̄a
ſicut ille predicabat pn̄iam. ⁊ baptiſmum
chriſti pronunciabat. et in cognitionem ve
ritatiſ qua mundo apparuit attrahebat. ſic
miniſtri eccleſie qui primo erudiūt. poſtea
peccata eorū redarguūt. deinde baptiſmo
chriſti remiſſionē promittunt ¶ Ad ratio
nes in oppoſitū. Ad primā reſpondetur ne
gando cōſequentiā. Et ratio ē. quia baptiſ
mus iohānis non erat per ſe ſacramentuꝫ
ſed quaſi quoddā ſacramentale diſponēs
ad baptiſmū chriſti. et ideo aliqualiter per-
tinebat ad legem chriſti. non autē ad legeꝫ
moyſi ¶ Ad ſecundā reſpondetur. negan
do cōſequentiā. Et ratio eſt. quia iohānes
non ſolū fuit propheta. ſed pluſ q̄ꝫ prophe
ta. vt dicitur Matth. xj. Fuit eni terminus
legis ⁊ initium euangelij. et ideo magis p-
tinebat ad euꝫ verbo et opere inducere ho-
mines ad legem chriſti. q̄ꝫ ad obſeruantiā
veteris legis ¶ Ad tertiā reſpondet̄. negā
do ꝯſequentiā. Et rō eſt. q̄a baptiſmata il-
la phariſeoꝝ erāt in aqua. vtpote ad ſolaꝫ
mundiciā carnis ordinata. Sꝫ baptiſmuſ
iohānis ordinabat̄ ad mundiciā ſpūalem
Inducebat eī homines ad pn̄iam vt dictū
eſt. ¶ Ad quartā rn̄detur. negando aſſū-
ptum. Nam dicit̄ Joh. j. Qui me miſit ba-
ptizare in aquis ille dixit mihi ⁊c̄. Et ita ba-
ptiſmus iohānis fuit inſtitutus p̄cepto di
uino. Unde ritus ille baptizandi non fuit
ab hominibus ſed a deo q̄ familiari ſpirit⁹
ſancti reuelatiōe iohannē ad baptizanduꝫ
miſit. Et ita iohannes p̄mus miniſter fuit

inſtitutionis. ⁊ deus actor principalis Q̄
autem denominetur a beato iohanne eſt p
pter tria. vt dicit ſanctus thomas ī quarto
Tuꝫ primo. quia ipſe fuit baptiſmi inſtitu-
tor aliquo modo. Petrus autē nullo mo
do baptiſmi quo ipſe baptizabat. Tum ſe-
cundo. quia nihil ī illo baptiſmo efficieba-
tur q̄ iohannes non faceret Tum tertio. q̄r
ſoli deo erat datuꝫ illius baptiſmi miniſte-
rium. ¶ Ad quintā reſpondetur. negādo
conſequentiam. quia vt dicit domin⁹ Bo
nauentura. non eſt ſimile de baptiſmo chri
ſti et de alijs ſacramentiſ. quia cum baptiſ
mus eſt primum et neceſſariū congrue ha
buit preambulum. quia enim eſt neceſſari
um oportebat omnes ſuſcipere. q̄r primuꝫ
ne homines inabiles eſſent ⁊ impreparati.
oportet q̄ precederet aliquid ſimile. nō eſt
ſic de alijs ſacramentis. Baptiſmus enim
ſuſcept⁹ diſponit ad cetera alia. ⁊ idō nō īdi
guit alia aſſuefactione. imo aſſuefactio ba-
ptiſmi ad alia aſſuefecit

## ¶ Ad tertiam queſtio

nem in qua queritur. quia dicitur in euan
gelio de chriſto. Mediuſ veſtrum ſtetit. id
eſt. conuerſatus eſt. Utrum conueniēs fu
it vt chriſtus inter homineſ conuerſaretur
vel vitam ſolitariam ageret. ſic proceditur
Et videtur q̄ non fuit conueniens eum in
ter hoīes conuerſari. ¶ Primo ſic. Opor-
tebat q̄ chriſtus ſua conuerſatione non ſo
lum ſe hominem oſtenderet. ſed etiā deuꝫ.
Sed deum non conuenit cum hominib⁹
conuerſari. Dicit enim Danielis. ij. Exce-
ptis dijs quorum non eſt cum hominibuſ
conuerſatio. Et philoſoph⁹ dicit p̄mo po-
liticorum. q̄ ille qui ſolitarie viuit. aut eſt
beſtia ſi propter ſeuitiam hoc faciat. aut eſt
deus ſi hoc facit propter contemplandam
veritatem. ergo videtur q̄ non fuit conue-
niens chriſtum inter homines conuerſari
¶ Secundo ſic. Chriſtus dum in carne
mortali vixit debuit perfectiſſimam vitam
ducere. Perfectiſſima autem vita eſt con
templatiua. ad vitam autem contempla
tiuam maxime competit ſolitudo. ſcd̄m

illud Oſee.ij. Ducā eā in ſolitudinē ⁊ loqͬr
ad cor eiuſ. ergo videṫ ꝙ chꝛiſtus debuit ſo
litariā vitā ducere ¶ Tertio ſic. Conuerſa
tio chꝛiſti debuit eſſe vniformis. qꝛ ſemꝑ de
buit in eo apparere q̊d optimū eſt. ſed quā:
doqꝫ chꝛiſtꝰ ſolitariā vitam querebat tur:
bas declinās. Vñ Remigiꝰ dicit ſuꝑ mat:
theum. ꝙ chꝛiſtꝰ tria refugia legiṫ habuiſſe
nauim. montē. ⁊ deſertū. ad quoꝝ alterum
quotienſcūqꝫ a turbis cōprimebaṫ conde:
ſcendebat. ergo ſemꝑ debuit ſolitariā vitaꝫ
ducere. ¶ In oppoſitū eſt euangeliuꝫ p̄ñs.
vbi dicit. Medius veſtrū ſtetit. id eſt. inter
vos ꝯuerſatus eſt. ⁊ vitā cōmunē vobiſcū
ducens. ¶ Reſpōdeo dicendū ſub iſta cō
cluſione. Conuenientiſſimū fuit chꝛiſtū cō:
uerſari inter homines. Patet concluſio. ꝑ
mo ex illo Baruch.iij. Poſt hec ī terris vi
ſus eſt ⁊ cū hominibꝰ cōuerſatus eſt. Ra:
tione ſic ꝓbatur. Cōuerſatio chꝛiſti taľ de
buit eſſe vt cōueniret fini cōuerſatiōis ſꝫm
quē venit in mundū. Venit aūt in mundū
Pꝛimo quidē ad manifeſtandū veritatē.
ſicut ipſe dicit Joh.xviij. In h̄ natus ſum ⁊
ad hoc veni in mundū vt teſtimoniuꝫ ꝑhi
beam v̉itati. ⁊ ideo nō debebat ſe occultare
vitā ſolitariā agens. ſed in publicuꝫ ꝓcede
re publice p̄dicando Vñ Luč.iiij. dicit illis
qui volebāt eū detinere. Quia ⁊ alijs ciui
tatibus opoꝛtet me euāgelizare regnū dei.
quia ideo miſſus ſum. Secundo venit ad
hoc vt hoīes a peccato liberaret. ſꝫm illud.j.
Timo.j. Chꝛiſtꝰ ieſus venit in hūc mundū
peccatoꝛes ſaluos facere. Et iō vt Chꝛyſo
ſtomus dicit. Licet in eodē loco manendo
poſſet chꝛiſtꝰ hoīes ad ſe trahere. vt eius p̄
dicationē audirēt. nō tamē hoc fecit p̄bens
nobis exemplū vt ꝑambulemꝰ ⁊ reqͥramꝰ
ꝑeuntes ſicut paſtoꝛ ouē ꝑditā. ⁊ medicus
accedit infirmū. Tertio venit vt ꝑ ipſuꝫ ha
beamus acceſſum ad deuꝫ. vt dꝛ ad Ro.v.
Et ita familiariṫ cuꝫ hominibꝰ ꝯuerſando
cōueniens fuit. vt omnibꝰ fiduciā darꝫ ad
ſe accedendi Vñ dictū eſt Mat.ix. Factuꝫ
eſt diſcumbēte eo in domo. Ecce multi pu
blicani ⁊ pctōꝛes veniētes diſcumbebāt cū
ieſu ⁊ diſcipulis eius. ¶ Ad ratiōes ī oppo
ſitum. Ad p̄mā rñdetur negādo cōſequen
tiam. Et rō eſt. qꝛ chꝛiſtꝰ ꝑ humanitatē ſuā
voluit manifeſtare diuītatē. ⁊ iō cōuerſan
do cū hominibꝰ q̊d eſt ꝓpꝛiū hoīs manife
ſtauit omnibꝰ diuinitatē ſuā p̄dicando et
miracula faciēdo ⁊ innocēter ⁊ iuſte inter
hoīes ꝯuerſando. ¶ Ad ſecundā rñdetur
negando ꝯſequētiā. Et ratō eſt. qꝛ licꝫ vita
cōtemplatiua ſimplr̄ ſit melioꝛ qꝫ actiua q̄
occupaṫ circa actꝰ coꝛꝑales. actiua tamen
ſꝫm quā aliq̊s p̄dicando ⁊ docēdo cōtēpla
ta alijſ tradit eſt ꝑfectioꝛ q̄ꝫ vita que ſolum
cōtemplaṫ. qꝛ talis vita p̄ſuppoṅit abūdan
tiam cōtemplatiōis. et iō chꝛiſtꝰ talē vitaꝫ
elegit ¶ Ad tertiā rñdetur. negādo aſſum
ptum. Et rō eſt. q̊a actio chꝛiſti fuit noſtra
inſtructio. ⁊ iō vt daret exemplū p̄dicatori
bus ꝙ nō ſꝑ ſe darēt in publicuꝫ. iō qñqꝫ ſe
dñs a turbis retraxit. Q̊d quidē legiṫ feciſ
ſe ꝓpter tria. Qñqꝫ quidē ꝓpter coꝛꝑalem
quietē. Vñ Mar.vj. dꝛ ꝙ dñs dixit diſcipu
lis. Venite ſeoꝛſum in deſertū locū ⁊ requi
eſcite puſillū. Erāt eñi qui veniebāt ⁊ redi
bant multi ⁊ nec ſpaciuꝫ manducādi habe
bant. Qñqꝫ v̉o cauſa oꝛōis. vt dꝛ Luce.vj.
Factū eſt in illis diebꝰ. Exijt in montē ora
re ⁊ erat ꝑnoctās in oꝛōe. Ubi dicit Amb.
ꝙ ad p̄cepta v̉tutis ſue nos informat exem
plo Qñqꝫ v̉o vt doceat fauoꝛē humanum
vitare. Vñ ſuꝑ illud Mat.v. Videns ieſuſ
turbas aſcēdit in montē. dicit Chꝛyſo. Per
hoc ꝙ nō in ciuitate ⁊ foꝛo. ſꝫ ī mōte ⁊ ſolitu
dine ſedit. erudiuit nos nihil ad oſtentationē
facere. ⁊ a tumultibꝰ abſcedere. ⁊ maxīe cuꝫ
de neceſſarijs diſputare opoꝛteat. ⁊ tantuꝫ
de iſta ꝯcluſione

## Feria quarta quattu

oꝛ tempoꝝ eſt illud euāgeliū Lu.j. Miſſuſ
eſt angelus ⁊c̄. Circa quod queſtiones diſ
putandas quere in feſto annunciationis
marie.

## Feria ſexta euangeli

um eſt. Exurgens maria. Luce pꝛimo. Diſ
putanda ſuper hoc quere in feſto viſitatio
nis marie

# In die sabbati euan-
geliū est. Anno. xv. Luc. iij. Venit scꝫ iohes in omnē regionē iordanis p̄dicans baptismū penitētie in remissionē pctōꝝ Circa qd venit disputandū

tis ſacramentũ q̃d maĩfeſtatũ ē in carne.
¶ Ad ſc̃dam rõnem rñdet̃. negãdo ꝯſeqñ-
tiã. Et rõ ē. q2 lꝫ fieri hoĩeꝫ ſit fieri ſimplicit̃
in oĩb⁹ hiſ in q̃b⁹ hũana natura incipitur
eẽ i ſuppoſito de nouo creato. d̃s d̃r factus
hõ eo φ hũana natura incipit eẽ ĩ ſuppoſi-
to diuine nature ab et̃no p̄exiſtẽte. et ideo
deũ fieri hoĩem nõ ē deũ fieri ſimpliciter.
¶ Ad tertiã rñdet̃. negando vniuerſaliter
aſſumptũ. Dicim⁹ eñ φ qñ aliq̃d p̄dicat̃
de nouo de altero cũ mutatiõe e⁹ de q̃ d̃r.
tũc fieri ē mutare. ſicut ꝯueñt in his q̄ abſo-
lute dicũt̃. Ea v̄o q̄ relatiue dicũt̃ pñt d̃ no-
uo p̄dicari d̃ aliq̃ abſqꝫ e⁹ mutatõe. ſic hõ
de nouo fit dexter abſqꝫ e⁹ mutatõe ꝑ mo-
tũ illi⁹ q̄ fit ei ſiniſter. Uñ in talib⁹ ñ opor-
tet oẽ q̃d d̃r fieri eẽ mutatũ. q2 h̄ p̄t accide-
re ꝑ mutatõez alteri⁹. Et ꝑ hũc modũ dici⁹.
D̃ñs refugiũ fact⁹ ē nob̃. Eſſe ãt hoĩeꝫ p̄-
dicat̃ de nouo de deo abſqꝫ e⁹ mutatõne.
ꝑ mutatiõem hũane nature q̄ aſſumit̃ ad
diuinã ꝑſonã. ⁊ iõ cũ d̃r d̃s fact⁹ ē hõ. non
intelligit̃ aliq̃ mutatio realis ex ꝑte dei. ſꝫ
ſolũ ex ꝑte hũane nature. ¶ Ad quartaꝫ
rñdet̃. φ rõ nõ ꝓcedit. Dicim⁹ eñ φ ꝑpoſi-
tio illa verificat̃ rõne vtriuſqꝫ ſimul. ſ. ſup-
poſiti ⁊ nature. q̃zuis eñ illud ſuppoſitũ ſꝑ
fuerit. nõ tñ ſꝑ fuit ſuppoſituꝫ hũane natu-
re. ſm̃ q̃d ſignificat̃ ꝑ h̄ nomen homo.

## Circa dominicam in-
fra octauas natiuitatis dñi ē euangeliuꝫ.

In illo t̃pe Erant ioſeph ⁊ maria mat̃ ieſu
mirãtes. ⁊c̃. Lu. ij. Et pñt diſputari ſeq̃ntes
q̃ſtiões. ¶ Prima. Utrꝫ ſit verũ φ chriſt⁹
ſit poſit⁹ in ruinã multoꝝ. ¶ Sc̃do. Utrꝫ
btã maria ita gladio cõpaſſionis mortis
chriſti fuerit ꝑforata vt vere martyr chri-
ſti appellari poſſit.

Ad primã queſti-
onẽ q̄ querit̃. Utrꝫ ſit verũ φ chri-
ſtus ſit poſit⁹ in ruinã multoruꝫ
ſic ꝓcedit̃. Et videt̃ φ nõ. ¶ Primo ſic. Chri-
ſtus nũq̃ꝫ p̄buit occaſionẽ ruine alicui ex
aliq̄ dicto vl̃ facto ſuo. ergo nõ fuit poſit⁹
in ruinã alic⁹. ꝯſequẽtia ē bona. ⁊ aſſũptũ
patet. q2 p̄bere occaſionẽ ruine aliquoꝝ ē
ꝯ caritatẽ ⁊ ita peccatũ. Chriſt⁹ ãt peccatũ
nõ fecit. nec inuẽt⁹ ē dol⁹ ĩ ore e⁹. ¶ Sc̃do
ſic. Chriſt⁹ poſit⁹ ē a deo p̄re in lucẽ gẽtiũ
vt ſit ſal⁹ vſqꝫ ad extremuꝫ t̃re. Yſa. xlix. er-
go non ē poſit⁹ ĩ ruinã alic⁹. ¶ Tertio ſic.
Chriſt⁹ veñt vt hoĩes vitam habeãt. vt ipe
dicit Jo. iiij. ergo nõ ē poſit⁹ in ruinã mor-
tis alic⁹. ergo ñ videt̃ veꝝ φ poſitus ſit in

ruinã ¶ Quarto. Qui occaſionẽ dãni
dat. damnũ dediſſe videt̃. ſ3 ſi chriſtꝰ ẽ po-
ſitꝰ ĩ ruinã multoꝝ. ipe videt̃ ẽẽ cã peccati
hoim. ¶ In oppoſitũ ẽ euãgeliũ h. et Yſa.
viij. et. j. Petri. ij. dr de chriſto ꝙ erat ĩ lapi
dẽ offenſiõis ⁊ in petrã ſcãdali ¶ Rñdeo
dicendũ ꝙ euãgeliſta dicit verũ. ꝙ chriſtꝰ
poſitꝰ ẽ in ruinã multoꝝ. ſ3 diuerſimode
ſm duas expoſitões. Exponit̃ eĩ dupliciť
ille textꝰ. Uno mõ ſm glo. q̃ndã. i. ĩ ruinã
multoꝝ. ſ. vitioꝝ et in reſurrectõez vtutuz.
Plane h veꝝ ẽ. Ipe eĩ ẽ cui in pſona Hie
remie dictũ ẽ. Hiere. j. a deo prẽ. Ecce cõſti
tui te ſup gẽtes ⁊ regna vt euellas. ſ. vitia ⁊
plãtes vtutes. Ubi inq̃t glo. Nõ eĩ pote-
rãt edificari bona. niſi deſtructa exiſterẽt
mala. nec plantari optima. niſi eradicarẽ
tur peſſima. Uñ Mat. xv. Q3 ois planta
tio quã nõ plãtauit pater meꝰ celeſtis era
dicabit̃. Alio mõ exponit̃ reſpectu hoim
maloꝝ. ⁊ tũc dr. ꝙ et dictũ euangelij ẽ veꝝ
ad iſtũ intellectũ. ſ. ꝙ poſitꝰ ẽ in ruinã mul
toꝝ. nõ ꝙ dicto aut facto ſuo minꝰ recte ꝓ
buerit occaſionem ruine alicui. ſ3 q2 ex do
ctrina ⁊ opibꝰ ſctis ſuis multi mali ex ma
litia ſua occaſionẽ receperũt ruine. Unõ
ſanctus Tho. in. iiij. diſ. xxviij. inq̃t. Q2 q3
aliq̃ ex factis vel dictis chriſti ſũpſerũt oc-
caſionẽ ruine. dr ẽẽ poſitꝰ in ruinã ⁊ ĩ ſcã-
dalũ. nõ ꝙ ipe dederit aliquã vel modicã
occaſionẽ ruine. Uñ nõ legit̃ ꝙ aliq̃s ſcã-
dalizauit. ſ3 ꝙ aliq̃ ex dictis vel factis eius
ſcãdalizati ſũt. ¶ Ad rões in oppoſitum.
Ad pmã rñdet̃ negãdo ꝯſeq̃ntiã. Et ad ꝓ
batõem dicimꝰ. ꝙ bñ ꝯcedimꝰ ꝙ chriſtus
nõ ẽ poſitꝰ in ruinã. ꝙ ipe dederit occaſio
nẽ ruine alicui. vñ neminẽ ſcandalizaſſe le
git̃. vt dictũ ẽ. ſ3 bñ mõ expoſito. ¶ Ad ſe-
cundã rñdet̃. ꝙ rõ ꝓcedit. ꝙ nõ ſit poſitus
ĩ ruinã ſicut ꝓbẽs occaſionẽ ruine. ¶ Ad
tertiã rñdet̃ eodẽ mõ. ¶ Ad quartam re-
ſpondet̃ negãdo minorẽ. Chriſtꝰ eñi nulli
dedit occaſionẽ ruine. nec cã fuit peccati.
Pro q̊ notandũ ꝙ duplex ẽ occaſio. ſ. da-
ta ⁊ accepta. Dicit̃ aũt occaſio data. q̃ñ fit
aliq̊d opꝰ minꝰ rectũ. ex q̊ p exẽplũ alij pro
uocãt̃ ad peccandũ. Si ãt aliq̃s fac̃ opus
rectũ ⁊ alij inde ꝓuocent̃ ad peccandum
nõ erit occaſio data ſ3 accepta. ⁊ talis fuit
occaſio phariſeoꝝ q̃ ſcãdalizabãt̃ d doctri
na chriſti. Et ſic et̃ itelligẽda ſũt illa q̃ idu-
cunt̃ de Yſa. viij. Et. j. Petri. ij. Uñ ſanctꝰ
Thomas dicit in. iiij. ꝙ chriſtꝰ nõ dr petra
ſcandali ꝙ p ſe fuerit ſcãdali cauſa. q2 ipſe
nõ dedit alicui occaſionẽ ſcãdali. ſ3 dr ĩ pe
tram ſcãdali. ita ꝙ ꝓpoſitio. in. nõ ordinẽ
cauſe ſ3 ꝯſecutionẽ ĩportat. q2 ex his q̃ chri
ſtꝰ fecit ꝯſecutũ ẽ ſcãdalũ iudeoꝝ. Hec ille

# Ad ſecũdam queſtio

nẽ qua querit̃. Utrũ beata maria ita gla
dio compaſſionis mortis chriſti fuerit ꝑ-
foſſa. vt vẽ martir poſſit appellari. ſic ꝓce-
dit̃. ⁊ videt̃ ꝙ ſic. ¶ Primo ſic. dic̃ hiero. ĩ ſer.
de aſſũptõe btẽ vginis marie. Recte dixe-
rim dei genitrix vgo et martir fuit. q̃3uis ĩ
pace vitã finiuerit ¶ Scdo ſic. dic̃ Greg.
Iuxe eñi plꝰ q̃3 martir ẽ que nimio amore
vulnerata teſtis extitit ſaluatoris. et ꝑ me-
rore ĩ animo cruciatũ ſuſtinuit paſſiõis.
¶ Tertio ſic. Dicit Berñ. Longe ea3 plꝰ
q̃3 martirẽ cenſemꝰ in q̊ paſſionis ſenſum
cõpaſſiõis ſuperauit affectꝰ. ¶ Quarto
Idem Bernardꝰ ſup illud. In plenitudie
ſcõꝝ detentio mea. Merito in plenitudi
ne ſctõꝝ detentio eiꝰ erat cui nec puritas
angeloꝝ. nec fides defuit pria2charuz. nec
ſpũs pphaꝝ. nec aptõꝝ zelꝰ. nec cõſtantia
martirum. nec ſobrietas ꝯfeſſoꝝ. nec caſti
tas vginu3. nec ꝯiugatoꝝ fecũditas. ergo
videt̃ ꝙ beata vgo habuit oẽs ꝓprietates
gratuitas alioꝝ ſcõꝝ. ergo martir dicẽda
eſt. ¶ In oppoſitum ãt arguit̃ ſic. Maior
eſt de rõne martirij. Unde maximꝰ ĩ quo
dã ſermone dicit de martire. ꝙ vincit pro
chriſto moriẽdo q̊ vinceret̃ ſine fine viuẽ-
do. ſ3 beata vgo ñ ſuſtinuit p chriſto mor
tẽ. ergo nõ ẽ dicenda martir. Minor pz.
Dicit eĩ Ambroſiꝰ tractans h euãgeliu3.
Nec hiſtoria nec lrã docent btãm mariã
gladio vitã finiuiſſe. ¶ Reſpõdeo dicen-
dũ iuxta ſanctũ Thomã in. ij. ij. q. xxij. ꝙ d
martirio loq̊ poſſumꝰ dupliciť. Uno mõ
ſm pfectã eiꝰ ratõez. et ſic de rõe martirij ẽ

mortem ſuſtinere actu ꝑ noīe chriſti. Iſtō
patet ſic. Martir dr̄ q̄ſi teſtis fidei chriſtia
ne ꝑ quā nob̄ viſibilia ꝓpter inuiſibilia cō
temnēda ꝓponūt. vt dr̄ ad heb̄. xj. Ad mar
tiriū ergo ꝑtinet vt hō teſtificet̄ fidē. ſe ope
oſtendēs cūcta p̄ſentia ꝯtēnere. vt ad futu⸗
ra inuiſibilia bona ꝑueniat. q̄zdiu āt hoīs
in hac vita remanet vita corporalis nōdū
opere ſe oſtēdit tp̄alia cūcta deſpicere. Cō⸗
ſueuerūt enī hoīes ⁊ ꝯſanguineos et oīa
bona poſſeſſa ꝯtēnere. et et̄ dolores corpis
pati vt vitā cōſeruēt. Unde ⁊ ſathan cōtra
Iob induxit. Pellem pro pelle et cuncta q̄
hz dabit hō ꝓ aīa ſua. i. ꝓ vita corꝑali. Et
ideo ad ꝑfectam ratiōnē martirij requirit̄
ꝙ aliq̄s mortem ſuſtineat. et h̄ mō btā vir
go nō fuit vere martir cum vitā gladio nō
finierit. ¶ Scd̄o mō poſſum⁹ loq̄ de mar
tirio ſm̄ q̄ndā ſimilitudinē. Unde Iſido⸗
rus in libro etymolo. dicit. Duo ſūt genera
martirij. vnū in aperta paſſione. alterū in
occulta animi v̄tute. Et h̄ mō btā v̄go ꝓp̄
imenſā amorē ei⁹ ad chriſtū in paſſiōe chri
ſti martir dr̄ fuiſſe. Uñ aug⁹. in ſmōe q̄dā
de ea ita dic̄. Maria q̄ mēte paſſa ē. pl⁹ q̄z
martir fuit. nimirū. q̄ e⁹ dilectio āpli⁹ fortiſ
q̄z morſ. q̄nīā mortē chriſti ſuā fec̄. Hec ille
¶ Ad rōes in oppoſitū rñdet̄. ꝙ vt dic̄ ſan⸗
ctus Thomas. tā in ſcd̄a ſcd̄e q̄z in quarto
omēs autoritates ille ſcōꝝ itelligēde ſūt de
martirio ſm̄ q̄ndā ſimilitudinē. ¶ Ad rō⸗
nē vltimā rñdet̄ eodē mō. ꝙ ꝓcedit de mar
tirio dicto ſm̄ ſimilitudinē.

## In feſto Circūciſiōis

ē euāgeliū. In illo tpe. Poſtq̄z conſūmati
ſūt. ⁊c. Luce. ij. Circa q̄d p̄nt he queſtiōes di
ſputari. ¶ Prima. Utꝝ chriſt⁹ debuit cir⸗
cūcidi. ¶ Scd̄a. Utrum circūciſio nūc tē⸗
pore gr̄e ceſſare debuit. ¶ Tertia. Utꝝ ꝯue
nient̄ nomē chriſto fuit impoſitū Ieſus

AD p̄mā queſtiō
nem qua querit̄. Utrum chriſtus
d̄buit circūcidi. ſic ꝓcedit̄. Et vide
tur ꝙ non. ¶ Primo ſic. Circūciſio fuit or
dinata in remediū original' pcti. ſz chriſtuſ
non ꝯtraxit originale peccatū. ergo chriſt⁹
nō debuit circūcidi. ¶ Scd̄o ſic. Chriſtus
nō fuit decimat⁹ i lumbis abrae. quia figu
rabat medicinā originalis. ergo nec d̄buit
circūcidi eadem rōne. ¶ Tertio ſic. Sab⸗
bati obſeruatio vicinior erat p̄ceptis mo⸗
ralib⁹ inter q̄ etiam cōputat̄ q̄z circūciſio.
ſed chriſt⁹ ſabbata lr̄aliter nō obſeruabat.
Unde dicebant iudei de ipſo Ioh̄. ix. Non
eſt hic hō a deo q̄ ſabbatū n̄ cuſtodit. ergo
nō debuit ſeruare circūciſionē. ¶ In oppo
ſitum eſt euangeliū p̄ns. ¶ Rñdeo dicen
dum ſub iſta ꝯcluſione. ꝙ chriſt⁹ debuit cir
cūcidi nō ꝓpter indigentiam aliquā. ſed ꝓ
pter decentiā. Cuius poteſt multiplex ra⸗
tio aſſignari. ¶ Primo q̄dem vt oſtēdat
veritatē carnis humane. ꝯtra manicheū
q̄ dixit eum habere corp⁹ fantaſticū. et con
tra appollinarē. q̄ dixit corp⁹ chriſti diuini⸗
tati eſſe ꝯſubſtātiale. et ꝯ̄ valentinū. q̄ dixit
chriſtum corp⁹ de celo attuliſſe. ¶ Secun
do. vt approbaret circūciſionē quam olim
deus inſtituerat. ¶ Tertio. vt oſtenderet
ſe eē de genere abrae. qui circūciſiōis man
datum acceperat in ſignum fidei quam d̄
ipſo habuerat. Geñ. xvij. Et cui facta eſt re
promiſſio de chriſto. ¶ Quarto. vt iudeis
excuſatōem tolleret ne eum reciperēt ſi eſſz
incircūciſus. ¶ Quinto. vt obediētie v̄tu
tem nobis ſuo exemplo cōmendaret. Uñ
octaua die circūciſus eſt ſicut erat in lege
p̄ceptum. ¶ Sexto. vt q̄ in ſimilitudinem
carnis peccati venerat. remediū quo caro
peccati ꝯſueuerat emundari nō reſpueret
¶ Septimo. vt legis onus in ſe ſuſtētans
alios a legis onere liberaret. ſm̄ illō Gal.
iiij. Miſit de⁹ filium ſuum factū ſub lege.
vt eos q̄ ſub lege erāt redimeret. ¶ Ad ra
tiones in oppoſitum. Ad p̄mam rñdetur.
negando cōſequentiam. q̄nīam chriſt⁹ ſic
ꝓpria voluntate mortem nr̄ām ſuſcepit q̄
eſt effectuſ peccati nullum in ſe hn̄s pecca
tum vt nos a morte liberaret. ita et circūci⸗
ſionem q̄ erat remediū originalis pcti ſu⸗
ſcepit abſq̄z h̄ ꝙ haberet originale peccatū
vt nos a legis iugo liberaret ſicut dictū eſt
¶ Ad ſcd̄am reſpondet̄. negādo ꝯſeq̄ntiā.

Et rõ eſt. qꝛ decimacio erat actꝰ tantũ figu
ralis q̃ntũ ad illoſ q̃ in lũbis abrae decima
bant̃. Et ideo chriſto nõ cõpetebat. q̃ imu
nis fuit ab originali pc̃tõ. ſꝫ circũciſio et ha
bet alias cauſas p̃ter decimationẽ in illiſ q̃
circũcidũt̃. ⁊ iõ nõ eſt ſilis ratio de vtroqꝫ.
¶ Ad tertiã r̃ndet̃. negando ꝯſequentiaꝫ.
Et rõ ẽ. qꝛ chriſtꝰ in puericia ſua in nl̃lo ab
alijs pueris ſegregatꝰ fuit q̃ntũ ad exterio
rem ꝯuerſatõem. et iõ oĩa q̃ ad pueros ꝑti
nebant in veteri lege impleri voluit. ſed q̃ñ
iam ad ꝑfectam etateꝫ ꝑuenit oſtendere ſe
debuit dñm ẽẽ legis. et legem vſqꝫ ad ipm
poſitam fuiſſe. et ideo in q̃buſdam ſupra le
gem operatũ ẽẽ. ſicut de obſeruatõe ſabba
ti et in tactu leproſi. ⁊c̃.

## Ad ſecũdaꝫ queſtiõꝫ

qua querit̃. Utrũ circũciſio nũc tp̃e grẽ ceſ
ſare debuit. ſic ꝓcedit̃. Et videt̃ ꝙ ñ. ¶ Pri
mo ſic. Omĩs chriſti actio nrã ẽ inſtructio
Unde dr̃. Joh. xiij. Exemplũ dedi vobis. vt
quẽadmodũ feci vob et vos ita faciatis. ſꝫ
chriſtꝰ fuit circũciſus vt in ꝓcedẽti queſtõ
ne. ergo exemplo ſuo debemꝰ circũcidi. ⁊ ꝑ
ꝯſequẽs circũciſio ceſſare ñ debuit. ¶ Se
cũdo ſic. Dicit̃ Geñ. xvij. ꝙ circũciſio daba
tur ĩ fedꝰ eternũ. ſꝫ eternũ eſt qd̃ nullo fine
claudit̃. ergo circũciſio ceſſare non debuit.
¶ Tertio ſic. Figuralia q̃ ſignant id quod
ſp̃ faciendũ ẽ nõ debẽt ceſſare. ſicut de thu
rificatõe q̃ ſignat deuotõem ptꝫ. ſꝫ circum
ciſio cordis cꝰ laus eſt ex deo. ad Roma. ij
ſp̃ facienda ẽ. et hanc ſignat exterior circũ
ciſio. ergo ceſſare ñ debuit. ¶ In oppoſituꝫ
ẽ illud. Gal̃. v. Si circũcidimini chriſtꝰ võ
bis nihil ꝓderit. ¶ Scd̃o ſic. ad Heb. vij.
dicit apl̃s. ꝙ tranſlato ſacerdotio neceſſe ẽ
vt legis trãſlatio fiat. ſed oportuit ſacerdo
tiũ transferri. ergo et legem. et ſi h̃ tũc et ſa
cramenta legalia. ſꝫ int̃ h̃ ꝓcipuuꝫ eſt circũ
ciſio. ergo. ⁊c̃. ¶ R̃ndeo dicenduꝫ ſub iſta
ꝯcluſione. ꝙ circũciſio ceſſauit ⁊ debuit ceſ
ſare. Que ꝯcluſio oñdit̃ ſic. Cũ veit qd̃ ꝑfe
ctuꝫ ẽ. euacuari dꝫ qd̃ ex ꝑte ẽ. ſi ad idẽ ordi
nent̃. qꝛ grã nõ facit ꝑ duo qd̃ ꝑ vnũ põt fa
cere. ſic nec natura. Circũciſio at̃ imꝑfecta

erat reſpectu baptiſmi. Et hoc tripliciter.
Primo q̃ntũ ad ſignificatõem. qꝛ ñ ſigni
ficabat ita expſſe emũdatõeꝫ totiꝰ hoĩs ab
ĩmundicia culpe original' ſicut ablutio ba
ptiſmalis. Scd̃o q̃ntũ ad efficaciã. qꝛ non
ita abundãs grã ad operandũ ⁊ repmẽdũ
fomitẽ in circũciſione dabat̃ ſic ĩ baptiſmo
Tertio q̃ntum ad vtilitatẽ. qꝛ nõ erat eius
vtilitas ita cõmunis ſicut baptiſmi. cũ ha
beret determinatũ ꝑplm. determinatũ ſexũ
determinatũ tempꝰ. qd̃ in baptiſmo nõ ac
cidit. et iõ adueniẽte tp̃e plenitudis debuit
ceſſare baptiſmo ſubſtituto. ¶ Ad rõnes
in oppoſitũ. ¶ Ad p̃mã r̃ndet. negãdo cõ
ſequentiã. Et rõ ẽ. qꝛ lꝫ chriſtꝰ in omnibus
opibus ſuis nos erudiuit. nõ tñ oĩa fec̃ ad
imitatõnẽ. ſicut opa miraculoſa ⁊ alia plu
ra. Q, at̃ chriſtꝰ circũcidi voluit rõnes ſu
pra in queſtione ꝓcedẽti fuerũt aſſignate.
Unõ chriſtꝰ nõ voluit circũcidi vt alij imi
tarent̃ eũ q̃ ad h̃. ſꝫ magis vt ex h̃ erudirent̃
de alijs q̃ tacta ſũt in rõnibꝰ ſupiꝰ aſſig̃tis.
¶ Ad ſcd̃am r̃ndet̃. negando ꝯſequentiaꝫ
Et rõ ẽ. qꝛ cũ dr̃ ꝙ circũciſio ſit data in fedꝰ
eternũ. nõ oportet ita intelligi eternũ ꝙ ca
reat fine. Unde in eadeꝫ lrã dñs dicit. ꝙ da
bit eis terrã in poſſeſſionẽ eternã. et cõſtat
tñ ꝙ terrã ꝓmiſſionis iudei ñ poſſidet̃. Un
eternũ diſtinguit̃. ⁊ dr̃ triplicit̃ aut q̃ntum
ad duratõem. aut q̃ntũ ad finis indetermi
natõnem. aut q̃ntum ad ſignificatõnem.
Primo mõ dr̃ duplicit̃er. aut qꝛ caret p̃n
cipio ⁊ fine. et ſic Ecc̃. xviij. dr̃. Qui viuit in
eternũ creauit oĩa ſimul. aut q̃ntũ ad ꝑua
tionẽ termini tantũ. ſicut illud. pſ. Statu
it ea in eternum ⁊ in ſeculũ ſecli. Eternum
ſcd̃o mõ q̃ntũ ad indeterminatõeꝫ dr̃. ſicut
ſacerdotiũ aaron dr̃ eternũ. qꝛ deꝰ nõ deter
minauit q̃ñ ceſſaret. Eternũ q̃ntũ ad ſigni
ficatõem. ⁊ ſic circũciſio dr̃ in fedꝰ eternuꝫ.
qꝛ tempꝰ duratõis nõ ẽ determinatũ nob̃
Uel dicendũ eſt ꝙ eſt eternũ q̃ntũ ad ſigni
ficatum ſuum. ⁊ q̃ntũ ad id qd̃ ei ſuccedit.
¶ Ad tertiã r̃ndet̃. negando ꝯſequentiaꝫ.
Et rõ eſt. qꝛ p̃ncipalis ſignificatio ad quã
iſtituta ẽ. ẽ ablutio originalis peccati. quia
circũciſio ſacramẽtalis refert̃ ad effectum.

hoc aūt nō ſemꝑ faciendū erat ꝑ circumci
ſionez. Et ideo non oportebat ꝙ circūciſio
ſꝑ maneret. Alia aūt ſignificatio eſt ex con
ſequēti. et ſm illā nō oportet accipi iudiciū
de duratōne circūciſionis. thurificationis
autem ſignificatio nūq̄z fuit ad ſignifican
dum aliquid vt effectum eius. et ideo non
eſt ſimilis ratio.

## Ad tertiam queſtōez

qua querit̃. Utrū ꝯuenienter chriſto fuit
nomen impoſitū Jeſus. ſic ꝓcedit̃. Et vide
tur ꝙ non. ¶ Primo ſic. Ueritas ꝓpheti
ca debet ꝓnūciatōni ꝓphetice reſpondere.
ſed ꝓphete aliud nomen de chriſto ꝓnūci
auerunt. Dicitur eni Yſa. vij. Ecce v̓go cō
cipiet et pariet filiū. et nomen eꝰ vocabitur
emanuel. Et Yſa. viij. Uoca nomen eiꝰ ac
celera. ſpolia detrahe. ꝛc. Et Yſa. ix. Uoca
bitur nomen eꝰ admirabilis. conſiliarius.
deus fortis. Et Zach. vj. Ecce vir oriēs no
men eꝰ. ergo incōuenienter vocatū eſt no
men eꝰ Jeſus. ¶ Scđo. Yſa. lxij. đr. Uoca
bitur tibi nomē nouū qđ os dñi nomiauit
ſed h̄ nomē Jeſus nō eſt nomen nouū. ſed
pluribꝰ fuit in veteri teſtamēto impoſituz.
vt patet de ieſu filio ioſedech. et đ ieſu naue
vt pz etiā ex ipa genealogia chriſti. Lu. iij.
ergo videt̃ ꝙ incōuenienter ſit vocatuz no
men eꝰ Jeſus. ¶ Tertio ſic. Hoc nomē Je
ſus ſalutem ſignificat. ſz ſalus ꝑ chriſtū nō
eſt facta ſolū in circūciſione. ſed etiā in ꝑn
cipio. vt patet ꝑ apl'um Roꝝ. iiij. ergo incō
uenient̃ h̄ nomen eſt īpoſitum in circūciſi
one. ¶ In oppoſitum eſt euangeliū p̄ſens.
vbi đr. Poſtq̄z ꝯſūmati ſunt dies octo vt
circūcideretur puer. vocatum eſt nomē eꝰ
Jeſus. ¶ Reſpondeo dicendū ſub iſta cō
cluſione. ꝙ ꝯuenientiſſime vocatū ē nomē
eiꝰ Jeſus. Iſta ꝯcluſio ꝓbatur ⁊ eꝰ ꝯueniē
tia oſtendit̃ ſic. Noīa ei ſi ꝯuenient̃ iponāt̃
debēt ꝓprietatibꝰ rñdere. h̄ pz in noībꝰ ge
nerū ⁊ ſpecieꝝ. đ quibꝰ đr. iiij. meta. Ratio
eī quā ſignat nomen. eſt diffinitio q̄ deſig̃t
ꝓpriam rei naturaz. Noīa aūt ſingulariū
hoīm ſempꝑ imponūt̃ ab aliqua ꝓprietate
eius cui nomē imponit̃. vel a tꝑe ſicut ipo
nunt̃ noīa aliq̄ꝝ ſcōꝝ his q̄ in eoꝝ feſtis na
ſcunt̃. vel a cognatōne. ſicut cū filio īponit̃
nomen patris. vel alicuiꝰ de cognatōe. vel
etiaz ab euentu. ſicut ioſeph vocauit p̄mo
genitum ſuū Manaſſen. d. Obliuiſci me
fecit deꝰ oīm laboꝝ meoꝝ. Geñ. xlj. vel etiā
ex aliqua qualitate eꝰ cui nomen imponit̃
ſicut Geñ. xxv. ꝙ q̄ p̄mo egreſſꝰ eſt đ vtero
matris rufus erat et totꝰ in morem pellis
hiſpidus. vocatum eſt nomen eꝰ Eſau q̄d
interp̄tat̃ rubeꝰ. Noīa autez que imponūt̃
diuinitꝰ a quibꝰ ſempꝑ ſignificant aliquod
gratuitū donum eis diuinitꝰ datum. ſicut
Geñ. xvij. dicit̃ abre. Appellaberis abraaz.
quia p̄rēm multaꝝ gentiū conſtitui te. Et
Math. xvj. dictum eſt petro. Tu es petrꝰ
et ſuꝑ hanc petrā edificabo ecclīam meaz.
qꝛ igitur hōi chriſto hoc munuſ gratie col
latum erat. vt ꝑ ipm omēs ſaluarent̃. Jđo
ꝯuenienter vocatū eſt nomen eꝰ Jeſus. id
eſt. ſaluator. Unde hec rō aſſignat̃ ab ange
lo Mat. j. cum ait ad ioſeph. Uocabis no
men eiꝰ Jeſuz. Ipe eni ſaluū faciet populū
ſuū a peccatis eoꝝ. Conuenienter ergo vo
catū eſt nomen eꝰ ieſus. Eſt quidē nomen
multe excellētie ⁊ ſublimitatis. ita vt in no
mine ieſu omne genu flectat̃ celeſtiū terre
ſtrium ⁊ infernoꝝ. Eſt nomen multe v̓tuo
ſitatis et efficacie. Nam eſt nomen. quod
vt inquit petrus rauennas. dedit cecis vi
ſum. ſurdis auditum. greſſum claudis. ſer
monē mutiſ. vitā mortuis. totamq̄z diabo
li ꝑtātem de obſeſſis corporibꝰ virtꝰ huiuſ
noīs effugauit. Eſt p̄terea nomen magne
clementie ⁊ reuerētie cuz non ſit aliđ nomē
datuz hoībꝰ ſub quo oporteat nos ſaluos
fieri. Act. iiij. ¶ Scđa ꝯcluſio. Conuenien
ter in die circūciſionis vocatuz eſt nomen
eiꝰ ieſus. Probat̃ hec ꝯcluſio. Tum p̄mo
qꝛ iſte erat mos apud iudeos. Uñ ſicut le
gitur. Geñ. xvij. Simul abraam ſuſcepit ī
poſitōnem noīs a deo ⁊ circūciſiōis man
datum. Et ideo apud iudeos ꝯſuetū erat
vt ipo die circūciſionis noīa pueris impo
nerent̃. ſicut et nūc pueris in baptiſmo no
mina imponūt̃. Tum ſcđo. qꝛ hodie p̄mo
legit̃ effudiſſe ſanguinē pro nob̄ q̄ fuit arra

redemptiõis noſtre. vt dicit Bernardus.
¶ Tertia ↄcluſio. Conuenient̃ h nomen ẽ
impoſitũ chriſto nõ ab hoĩe ſed ab angelo
Patet concluſio. q2 vt dicit gloſa interline
alis ſup illud Luce. ij. Uocatum eſt ab an-
gelo. nõ decuit tam glorioſum nomen p⁹
ab hoib⁹ appellari. ſed ab excellentiori na-
tura. ne homo videret̃ machinator hui⁹ no
minis. Et origenes inq̃t. Uocabulũ Jeſu
glorioſum omni adoratu cultuq3 digniſſi
mũ nomen q̃d eſt ſup omne nomen. nõ de
cuit p̃mo ab hominib⁹ appellari. nec ab eis
inferri in mundũ. ſ3 ab excellẽtiori maiori-
q3 natura. Unde ſingulariter euangeliſta
addidit. Et vocatum eſt nomẽ e⁹ ieſus. q̃d
vocatũ fuerat ab angelo anteq̃3 ↄciperet̃ i
vtero. ¶ Ad rationes in oppoſitũ. Ad pri
mam r̃ndet̃. ꝙ ratio nõ pcedit. q2 in omib⁹
illis noĩbus q̃dãmodo ſignificat̃ h nomẽ
Jeſus. q̃d eſt ſignificatiuũ ſalutis. Nam i
h ꝙ d̃r Emanuel. q̃d interp̃tat̃ nobiſcũ de⁹
deſignatur cauſa ſalutis q̃ eſt vnio diuine
et humane nature in pſona filij dei p quã
factum eſt vt de⁹ eſſet nobiſcũ. Per hoc ꝙ
d̃r. Uoca nomen ei⁹. accelera. ſpolia detra
he. ꝛc. deſignatur a q̃ nos ſaluamur. quia a
diabolo cui⁹ ſpolia abſtulit. ſm illud Coll.
ij. Expolians p̃ncipat⁹ ꝛ poteſtates tradu
xit ↄfidenter. In hoc et̃ q̃d d̃r. Uocabit̃ no-
men eius admirabilis. ꝛc. deſignat̃ via ꝛ ter
min⁹ noſtre ſalutis. in q̃ntũ ſc3 admirabi-
li diuinitatis ↄſilio ꝛ v̓tute ad hereditatẽ
futuri ſeculi pducimur. in q̃ erit pax pfecta
filiorũ dei ſub ip̃o p̃ncipe deo. Quod v̓o d̃r
Ecce vir oriens nomen ei⁹. ad id refert̃ ad
quod p̃mum. i. ad incarnatõnis miſteriũ.
ſm q̃d exortum eſt in tenebris lumẽ rectis
corde. ¶ Ad ſcd̃am r̃ndet̃. negando conſe
quentiã. Et ratio eſt. q2 l3 aliquib⁹ q̃ fuerũt
ante chriſtũ ↄuenire potuit. hoc nomen ie-
ſus ſm aliquã aliam rationem. puta quia
aliquã pticularẽ ſalutem attulerũt. vt ieſ⁹
naue ſaluauit pplm iſrael. hoſtes e⁹ debel
lando. vt legit̃ in libro Joſue. ſed ſm rõnẽ
ſpũalis ꝛ vniuerſalis ſalutis hoc nomen p
priũ eſt chriſto. ꝛ ſm h d̃r eẽ nouũ. in q̃n-
tum eſt impoſitum ei ab hac pprietate ꝙ ẽ
ſaluator. ¶ Ad tertiam reſpondetur. ne-
gãdo ↄſeq̃ntiã. Et ratio eſt. q2 licet ſalus fa
cta p chriſtũ cõmunis ſit ꝛ iudeis ꝛ gentili
bus. nihilomin⁹ p̃ncipaliter d̃r eẽ miſſ⁹ ad
oues q̃ perierũt dom⁹ iſrael.

## In uigilia Epiphãie

eſt euangelium. In illo tempe Defũcto he
rode. ꝛc. Matth. ij. Circa q̃d pt diſputari ſe
quens queſtio.

Utrum chriſt⁹ cõ-
uenienter vocat̃ nazareus. Et vi-
detur ꝙ non. ¶ Et p̃mo arguit̃ ꝙ
nõ. rõne illi⁹ glo. interlinealis qua exponit̃
id eſt. ſanct⁹. ¶ Primo ſic. Chriſto nõ cõ-
uenit ſanctificari. q2 in quolibet ordine pri-
mũ mouens eſt ĩmobile. ſed chriſt⁹ eſt p̃n-
cipium toti⁹ humane ſanctificatõnis. ergo
ip̃e ſanctificat⁹ nõ eſt. ¶ Scd̃o ſic. Omne
q̃d fit. fit ex ↄtrario. generatões eni ſm phi
loſophũ ex ↄtrarijs ſunt. ſed chriſt⁹ ab om
ni peccato q̃d ſanctitati ↄtrariat̃ imunis fu
it. ergo chriſt⁹ ſanctificat⁹ nõ eſt dicendus.
¶ Tertio arguit̃. ꝙ nõ debeat dici nazare
nus. quia in nazareth fuit ↄceptus. et pari
rõne dicend⁹ eſſet bethleemita. q2 i bethleẽ
fuit natus. ſed h nõ d̃r. ergo nec aliud eſt di
cendum. ¶ Quarto ſic. Non videt̃ verũ
ꝙ p pph̃as dictũ ſit ꝙ nazarenus ſit nomi
nand⁹. ergo nõ videt̃ dicendũ. Aſſũptum
patet. quia nõ inuenit̃ in ſcp̃tura tale dictũ
¶ In oppoſitum eſt euangeliũ p̃ns. ¶ Re
ſpondeo dicendũ ſub iſta concluſione. ꝙ
ↄuenientiſſime chriſtus appellatus et nomi
natus eſt nazarenus Iſta concluſio oſten
ditur ex multiplici rõne. Primo rõne ſan
ctitatis. Interp̃tat̃ eni3 nazaren⁹. i. ſanctus
ſiue ſanctificat⁹ Chriſtus aũt fuit ſanctus
ſanctorũ. Danielis. ix. Dicitur enim ab an
gelo beate marie Luce. j. Quod ei ex te na-
ſcetur ſanctum vocabitur filius dei. Et Jo.
x. d̃r. Quẽ pater ſanctificauit ꝛ miſit i mũ
dum. Scd̃o ↄuenienter d̃r nazaren⁹ ratiõe
interp̃tatõnis. q2 interp̃tatur florid⁹. Yſa
xj. Egredietur virga de radice ieſſe. et flos
de radice e⁹ aſcẽdet. Uirga vt dicit Hiero-

nymuſ eſt dei genitrix. flos filius eꝰ. ⁊ bene
flos, q̄ꝛ ad modū floris natꝰ mira pulcri
tudine venuſtatꝰ. grato odore diffuſus in
fructu dulciſſimꝰ. Flos enī lūīe ſolis naſcit̄
q̄d ē lumē celeſte. nō hn̄s generās aliquod
niſi diuinū. ſic floruit qn̄ ſol eternꝰ v̓tute ca
loris ⁊ lumīs in vterū cōgeſſit v̓ginis. Hic
flos picturatꝰ ē venuſtate v̓tutiſ. Vn̄ bene
nazarenꝰ dr̄. q̄ interp̄tat̄ floridꝰ. hic floſ gra
tus eſt odore. Cant. iiij. Emiſſiones tue pa
radiſus. h̄ eſt effragatōes odoꝝ tuoꝝ in fa
ma tue v̓tutis vident̄ eē odoramēta floruꝫ
paradiſi. h̄ floris ſpes eſt dulciſſimi fructꝰ
in adeptōne gaudij eterni. Cant. ij. Fructꝰ
dulcis eſt gutturi meo. ¶ Tertia rō. Cōue
nient̄ chriſtꝰ noīat̄ nazarenꝰ. q̄ꝛ ꝯceptus ē ī
nazareth. Et vt dicit albertꝰ magnꝰ ꝙ conce
ptꝰ chriſti multū cōgruebat nomini naza
reth. q̄ꝛ ſicut diuine generatōi. ita ⁊ huma
ne generatōni. flores de flore aſſimilantur
Flos eī pullulat de vno germine in decore
et colore. ſimiliter filius ſm̄ diuinā genera
tionē p̄cedit ab vno q̄ eſt ī celis ſine matre
et ſm̄ generatōem humanā de vna ī terra
ſine p̄re. Bene ergo in nazareth ꝯceptꝰ fuit
flos noſter. q̄ ſicut flos d̄ flore ſine virili cō
mixtione de vna matre ſaluo v̓ginitatis d̄
core et matris integritate p̄ceſſit. ¶ Quar
to nazarenꝰ dr̄. q̄ꝛ ibi nutritꝰ fuit ⁊ educatꝰ.
Chriſtꝰ eī ſicut in flore ꝯcipit̄. ita ⁊ in flori
bus ſanctitatis nutrit̄ ⁊ educat̄ et paſcitur
Lectulꝰ noſter floridꝰ eſt. Cant. j. ¶ Quin
ta rō. q̄ꝛ in nazareth domiciliū fuit parenti
bus ſuis. ſicut ioſeph q̄ pater eꝰ putabatur
et beatiſſime v̓ginis marie q̄ veriſſime ma
ter fuit. Vnde Lu. ij. Poſtq̄ꝫ p̄fecerunt oīa
ſm̄ legem dn̄i reuerſi ſūt in ciuitatem ſuaꝫ
nazareth. q̄ dicebat̄ eoꝝ ciuitas. vt īq̄t glo.
q̄ntū ad habitatōem. ¶ Ad ratōes ī oppo
ſitum. ¶ Ad p̄mā rn̄det̄. ꝙ ſanctificari eſt
ſanctū fieri. Poteſt āt aliq̄s ſanctꝰ fieri du
pliciter. vel ex ſancto vel nō ſcō. Ex ſcō iteꝝ
dupliciter. vel ex minꝰ ſancto magis ſc̄ū
vt dr̄ Joh. xvij. Pater ſanctifica eos ī veri
tate. Apoſtoli eī tūc ſancti erant. vel ſm̄ cō
tinuationē ſanctitatis eadē q̄ntitate ſerua
ta. et h̄ mō chriſtꝰ p̄t dici ſanctificatꝰ. ſicut
ibidem dicit. Ego p̄ eis ſctifico meip̄m. ſed
iſte modꝰ loq̄ndi nō videt̄ ꝯſuetꝰ. Vnō ſic
de ſcificatōe n̄ videt̄ loq̄ h̄. Ex nō ſctō dr̄ ali
q̄s ſanctꝰ fieri dupliciť. Vno mō ex nō ſctō
ꝯtrarie aut p̄uatiue. ſicut p̄ grām ſctificari
dr̄. ⁊ h̄ mō chriſtꝰ n̄ p̄t dici ſctificatꝰ eē. q̄ꝛ nō
p̄t accipi cū ꝯſiſtētia ſubiecti defectꝰ ſcitatiſ
in eo fuiſſe. ſimul enī fuit hō et ſanctꝰ. Alio
mō p̄t dici fieri ſanctꝰ de n̄ ſctō negatiue. et
tūc hn̄ dr̄ ex nō ſcō ſanctꝰ factꝰ ratōne ſcita
tis create que hoīs eſt. ⁊ ita ꝯcedi p̄t in aliq̄
ſenſu chriſtū eē ſanctificatuꝫ. ¶ Rn̄det̄ er
go ad p̄mā ratōem in oppoſitū. negādo cō
ſequentiā. Et rō eſt. q̄ꝛ p̄mū mouens in ali
quo ordine mobiliū nō oportet eē imobile
ſimpliciter ſed imobile ſm̄ genꝰ motꝰ ſicut
celū q̄d eſt p̄mū alterans mouet̄ q̄dē ſed
nō alterat̄. nō enī ē p̄mū mouens ſimpliciť
Similiter et chriſtꝰ ſm̄ q̄d hō nō eſt p̄muꝫ
ſanctificās ſimpliciter. ſed deꝰ trinitas. Eſt
aūt p̄mū ſanctificans inq̄ntum hō nō per
modū ſatiſfacientis p̄ peccato. et ſic ſancti
ficatꝰ nō eſt. aliq̄ tn̄ modo ſcificatꝰ ē. ¶ Ad
ſcd̄am rn̄det̄. negando aſſumptum. Non
enī omne quod fit ex ꝯtrario fit. ſed ſolum
quod fit p̄ viam generatōnis ⁊ alteratōis
Oportet tn̄ omne quod fit ex ꝯtingenti fie
ri. vt dr̄. j. phyſicoꝝ. id eſt. ex eo quod nō cō
uenit ſimul ineſſe. Sic aūt ꝯtingens ē non
ſolum ꝯtrarium vel p̄uatio q̄ requirūt ſub
iectum. ſed etiam negatio q̄ ꝯſiſtentiā ſub
iecti non requirit. et ſic ex non ſancto chri
ſtus factus eſt. vt dictum eſt. ¶ Ad tertiā
ratōem. negatur ꝯſequentia. Et ratio pat3
ex dictis. ¶ Ad quartam rn̄det̄. negando
conſequentiam. quia licet ſic in forma nō
reperiatur ſcriptum. ex multis locis tamē
intelligitur. nam nazarenus interpretatur
ſanctus. et ꝙ chriſtus dicatur ſanctus. hoc
habetur Danielis. ix. Item interpretatur
floridus. et hoc habetur Yſaie. xj. Egredie
tur virga. ꝛc. Et cōcordat cum eo quod dr̄
Cant. ij. Ego flos campi. ꝛc. Vnde ſignan
ter dicit euangeliſta p̄ pphetas. Et tantuꝫ
de iſta cōcluſione.

# In feſto Epiphanie

eſt euangeliũ illud. Cum natus eſſꝫ Jeſus
Math. ij. Circa quod pñt ſequẽtes que-
ſtiones diſputari. ¶ Primo. Utrũ chriſti
natiuitas fuit cõueniẽt̃ ꝑ ſtellam magis
manifeſtata. ¶ Scd̃o. Utrum ſtella ma-
gis apparens fuerit vna de celeſtibꝰ ſtellis.
¶ Tertio Utrum magi conuenienter ve-
nerunt ad adorandum et venerandũ chri-
ſtum.

AD primã queſtõ
nem qua querit̃. Utrum Chriſti
natiuitas fuit conuenienter ꝑ ſtel
lam magis manifeſtata. ſic ꝓceditur. Et vi
detur ꝙ non. ¶ Primo ſic. Hoc eñi videt̃
eſſe occaſio erroris. q̃ntum ad illos qui exi
ſtimant ſidera natiuitatibꝰ hominũ domi
nari. ſed occaſiones peccandi ſunt hoĩbus
auferende. ergo nõ fuit cõueniens ꝙ ꝑ ſtel
lam magis chriſti natiuitas manifeſtaret̃
¶ Scd̃o ſic. Signum oportet eẽ certũ ad
hoc ꝙ ꝑ ipm̃ aliquid manifeſtaretur. ſꝫ ſtel
la nõ videtur eẽ ſignum natiuitatis chriſti
ergo inconuenienter fuit natiuitas chriſti
ꝑ ſtellam manifeſtata ¶ In oppoſitum eſt
euangeliũ pñs. ¶ Rñdeo dicendum ſub
iſta ꝯcluſione. ꝙ conuenienter chriſti nati-
uitas eſt magis ꝑ ſtellaꝫ manifeſtata. Iſta
ꝯcluſio patet. Primo. qꝛ vt dꝛ Deut̃. xxxij.
Dei ꝑfecta ſũt opa. ſed talis manifeſtatio
fuit opꝰ diuinuꝫ. ergo ꝑ cõuenientia ſigna
fuit effecta. Scd̃o oſtenditur Sicut mani
feſtatio ſylogiſtica q̃ fit ꝑ ea que ſunt ma-
gis nota ei cui eſt aliquid manifeſtanduꝫ.
ita manifeſtatio que fit ꝑ ſigna debet fieri
ꝑ ea que ſunt familiaria illis quibꝰ mani-
feſtant̃. Manifeſtuꝫ eſt aũt ꝙ viris iuſtis
eſt familiare ⁊ ꝯſuetuꝫ interiꝰ ſpũſſancti i-
ſtinctũ edoceri abſqꝫ ſignoꝝ ſenſibiliũ de-
monſtratõne. ſ. ꝑ ſpũm ꝓphetie. Alij vero
corporalibus rebꝰ dediti ꝑ ſenſibilia ad in-
telligibilia deducunt̃. Judei aũt ꝯſueti erãt
diuina reſponſa per angelos ſuſcipere per
quos etiam legem acceperãt. ſm̃ illõ. Act.
vij. Accepiſtis legem in diſpoſitõne ange-
loꝝ. Gentiles võ et maxime aſtrologi con
ſueti ſunt ſtellaꝝ curſus aſpicere. Et ideo iu

ſtis Simeoni et Anne manifeſtata ẽ chri
ſti natiuitas ꝑ interiorem inſtinctum ſpi-
ritusſancti. ſm̃ illud Luce. ij. Reſponſuꝫ ac
cepit Simeon a ſpũſancto. non viſuruꝫ ſe
mortem. niſi prius videret chriſtum dñm.
Paſtoribus autem et magis tanq̃ꝫ rebꝰ
corporalibus deditis eſt manifeſtata chri-
ſti natiuitas ꝑ apparitõnes viſibiles. Et qꝛ
natiuitas non erat pure terrena ſed q̃dam
modo celeſtis. ideo ꝑ ſigna celeſtia vtriſqꝫ
natiuitas chriſti reuelatur. Ut eñi Augu
ſtinus dicit in ſermone de epyphia dñi. Celoſ
angeli habitant ⁊ ſidera ornant. vtriſqꝫ er-
go celi enarrãt glĩam dei. Rationabilit̃ aũt
paſtoribus tanq̃ꝫ iudeis apꝰ quos freq̃n-
ter facte ſunt apparitões angeloꝝ. reuela-
ta eſt natiuitas chriſti ꝑ angelos. Magis
autem conſuetis in conſideratione celeſti-
um corpoꝝ manifeſtata eſt per ſignuꝫ ſtel-
le. quia ſicut dicit Chryſoſtomꝰ. Per con
ſueta eos dñs vocare voluit eis ꝯdeſcẽdẽs.
¶ Ad ratõnes in oppoſitum. ¶ Ad p̃mã
reſpondetur. negando aſſumptum. Dici-
mus enim ꝙ ſtella que natiuitatem chriſti
manifeſtauit omnem occaſionem erroris
ſubtraxit. Ut enim Auguſtinus dicit con
tra Fauſtum. Nulli aſtrologi cõſtituerũt
ita naſcentium hominũ fata ſub ſtellis. vt
aliquam ſtellaꝝ homine aliquo nato cir-
cuitus ſui ordinem reliquiſſe et ad euꝫ qui
natus eſt perexiſſe aſſeuerent. ſicut accidit
circa ſtellaꝫ que demonſtrauit natiuitateꝫ
chriſti. Et ideo ꝑ hoc nõ cõfirmatur erro-
roꝝ q̃ ſortem naſcentium hominũ aſtro-
ordini colligari arbitrant̃. Non autem cre
dunt aſtroꝝ ordinem ad hoĩs natiuitateꝫ
mutari. ¶ Ad ſcd̃am rñdet̃. negando mi-
norem. Dicimꝰ eniꝫ ꝙ ſtella illa fuit ſignũ
certum natiuitatis chriſti. Tum primo. qꝛ
ſicut Chryſoſtomꝰ refert. In quibuſdã ſcri
ptis apocriphis legitur ꝙ quedam gens i
extremo orientis iuxta oceanum quandã
ſcripturam habebat ex nomine Seth de
hac ſtella et muneribus huiuſmodi offerẽ
dis. que gens diligenter obſeruabat huiuſ
ſtelle ortũ poſitis exploratoribus duodeci
qui certis temporibus aſcendebant i mõ-

tem in quo poſtmodum viderunt eam ha
bentem in ſe quaſi paruuli formam. ⁊ ſup
ſe ſimilitudinem crucis. et ſic fuit certum ſi
gnum. Uel ſecundo dicendum ꝙ magi illi
traditōnem Balaam ſequebant̄ qui dixit.
Orietur ſtella ex iacob. vnde videntes ſtel-
lam extra ordinem mūdi. hanc eē intellexe
runt quam Balaam futuram indicem re
gis iudeoꝝ ꝓphetizauerat. ⁊ ita certum ſi-
gnū erat. ¶ Tertio ſic. dicī auguſtin⁹ in ſer
mone de ephia. ꝙ ab angelis aliquā moni
tionem reuelatōis audierunt magi ꝙ ſtel-
la natum chriſtum ſignificaret. et ita certū
etiam ſignum fuit. ¶ Quarto vel ſicut di
cit Leo papa in ſermone de Epiphania. ꝑ-
ter illam ſpeciez que corporeum incitat ob
tutum fulgentior veritatis radius eorum
corda perdocuit. quod ad illuminatiōem
pertinebat. et ita certum ſignum fuit.

## Ad ſecūdaz queſtiōz

qua queritur. Utrum ſtella magis appa-
rens fuit vna de celeſtibus ſtellis. ſic proce
ditur. Et videtur ꝙ ſic. Dicit Auguſtinus
in quodam ſermone Epiphanie. Depen-
det ad vbera et vilium patitur deus inuo-
lumenta pānorum repente nouum ſidus
effulſit. fuit ergo ſtella illa celeſtis que ap-
paruit. ¶ Secundo ſic. Dicit Auguſtin⁹
in quodam ſermone Epiphanie. Paſto-
ribus angelus. magis ſtella chriſtum de-
monſtrat. loquitur lingua celoꝝ. quia lin-
gua ceſſauerat prophetarum. ſʒ angeli ap
parentes paſtoribus fuerunt vere de cele
ſtibus angelis. ergo etiam ſtella magis ap
parens fuit vna de celeſtib⁹ ſtellis. ¶ Ter
tio ſic. Stelle que non ſūt in celo ſed in aere
dicuntur ſtelle comete que non apparent ī
natiuitatibus regum ſed magis ſunt indi
cia mortis eorum. ſed illa ſtella deſignabat
regis natiuitatem. Unde magi dicūt. Ubi
eſt. qui natus eſt. rex iudeoꝝ. vidimus ſtel
lam e⁹ in oriente. ⁊c. ergo ſtella illa fuit vna
de celeſtibus. ¶ In oppoſitum eſt euange
lium preſens. Secundo dicit Auguſtin⁹
contra Fauſtum. Non ex illis erat ſtellis
que ab initio creature itineꝝ ſuoꝝ ordinez

ſub creatōnis legē cuſtodiūt. ſed nouo vir
ginis partu nouum ſid⁹ apparuit. ¶ Re
ſpondeo dicendū ſub iſta ꝯcluſione. ꝙ ſtel
la illa apparens magis. nō fuit vna de illis
celeſtibus. Iſta concluſio eſt Chryſoſtomi
ſup Mattheū. Que concluſio oſtenditur
ex multiplici diſtictōe qua ſtella illa diſtin
guebatur a celeſtib⁹. vt dicit tam ſanctus
Thomas q̄ʒ Albertus magn⁹. Et ꝑcipue
in quinqʒ. ſcʒ natura. ſitu. motu. claritate. ⁊
ſignificatione. Natura quidem. quia erat
corruptibilis et non de natura celi. Et ido
pacto officio. conuerſa fuit in ꝑiacentē ma
teriam. ⁊ hoc conueniens fuit. qꝛ lumīe ve
ro inuento alio lumine nō indigem⁹. Di
ſtinguebatur etiam in ſitu. quia non fuit ī
alto cum alijs ſtellis in firmamento. ſed ī
ſpacio hui⁹ aeris vicina loca tenebat. Pa
tet. quia iſti per eam determinate diſtinxe
runt domum. Tertio diſtinguebatur mo
tu. quia cum alie ſtelle in circuitu rotarēt.
hec ſola recta linea tendebat ab oriente. q̄ ē
verſus aquilonem ad occidentē. declinās
ad meridiem verſus iudeam vbi erat chri
ſtus. Preterea differebat in motu. qꝛ non
habebat continuum motum. ſed cū opor
tebat ſtare ſtabat. Quarto in claritate dif
ferebat. quia ceteris ſplendidior erat. Uñ
Leo papa in ſermone quodam Epiphaīe
Tribus magis in regiōe orientis ſtella no
ue claritatis apparuit. que illuſtrior ceteris
pulcriorqʒ ſideribus in ſe tuentium oclos
animoſqʒ conuerteret vt confeſtim aduer
teretur non eſſe ocioſum quod tam inſoli
tum videbatur. Quinto ſignificatōne. vt
dicit albertus. differebat. quoniaʒ alie ſtel
le que faciles a mathematicis dicunt̄ non
ſole ſignificant. ſed collectis omnibus que
ſunt in periodo partibus et ſtellis. Hec āt
ſola dedit glorie chriſti ſignificationem. eo
ꝙ ille venerat in cuius diſpoſitione et pro-
uidentia omnia ſunt ſigna ſtelle et diſpoſi
tiones. ¶ Ad rōnes in oppoſitum. ¶ Ad
ꝑmā rn̄det. negādo cōſequentiaʒ. Et ratio
eſt. quia in ſacra ſcriptura celum quando
qʒ dicitur aer. ſm̄ illud ps. Uolucres celi ⁊
piſces maris. ⁊ ita ſumit̄ ī dicto auguſtini.

¶ Ad ſcðam rñdet᷑. negando ꝯſequentiã. Et rõ ē. q꞉ ipſi celeſtes angeli ex ſuo officio hñt vt ad nos deſcēdãt in miſterium miſſi. Sed ſtelle celeſtes ſuũ ſitũ nõ mutãt. vñ nõ ē ſimilis rõ. ¶ Ad tertiã rñdet᷑. negãdo aſſũptũ. q꞉ ſicut nec iſta ſtella fuit ſita in celo. ita nec fuit cometa. q꞉ cometa ē ſicut facula ardēs. ⁊ nõ diu ſtat. Item vt dictũ eſt illa ſtella nec ſtabat ſita in orbe. nec ĩ ſuprema aeris pte. vbi generant᷑ comete. ſꝫ erat ĩ ꝓpinqua aeris pte. Preterea nec ſequebatur motũ ſtellaꝝ cometaꝝ. Unde manifeſte differebat ab eis.

## Ad tertiam queſtõez

qua querit᷑. Utrũ magi ꝯuenient᷑ venerunt ad chriſtũ adorandũ ⁊ venerandũ. ſic ꝓcedit᷑. Et videt᷑ ꝙ nõ. ¶ Primo ſic. Unicuiqꝫ regi reuerentia debetur a ſuis ſubditis. Magi enĩ nõ erãt de regno iudeoꝝ. ergo cũ ex viſione ſtelle cognouerũt natũ eē regẽ iudeoꝝ. videt᷑ ꝙ incõuenient᷑ venerunt ad eũ adorandũ. ¶ Scðo ſic. Stultũ eſt viuente rege aliq̃ extraneũ regē annũciare ſed ĩ regno iudee regnabat herodes. ergo ſtulte fecerũt magi alterius regis natiuitatē annũciare. ¶ Tertio ſic. Certius eſt celeſte ĩdiciũ q̃ꝫ humanũ. ſꝫ magi ducatu celeſtis ĩdicij ab oriente venerũt in iudeã. ergo ſtulte egerũt ꝑter ducatũ ſtelle hũanũ indiciũ requirēdo dicētes Ubi eſt q̃ natus eſt rex iudeoꝝ. ¶ Quarto. Munerũ oblatõ ⁊ adoratõĩs reuerētia nõ debet᷑ niſi regibus iam regnantibus. ſꝫ magi nõ inuenerũt chriſtũ regia dignitate fulgentē. ergo incõuenienter ei munera ⁊ reuerentiã exhibuerũt. ¶ In oppoſitũ eſt euãgeliũ pñs. ¶ Reſpondeo dicendũ ſub iſta ꝯcluſiõe. ꝙ magi ꝯuenient᷑ et ſapient᷑ venerũt ad chriſtũ adorandũ et venerandũ. Iſta ꝯcluſio habet᷑ primo ex illo. Yſa. lx. Ambulabunt gentes in lũine tuo ⁊ reges in ſplendore ortus tui. ſꝫ q̃ diuino lumine ducũt᷑. nõ errãt. ergo magi abſqꝫ errore chriſto reuerentiã exhibuerunt. ¶ Scðo ſic. Sicut dictũ eſt. magi primitie ſũt gentiũ in chriſto credentiũ. in quibus apparuit ſicut in q̊dam ꝑſagio fides et deuotio gentiũ venientiũ a remotis ad chriſtũ. et ideo ſicut fides et deuotio gentiũ ē abſqꝫ errore ꝑ inſpiratiõnē ſpũſſancti. ita et credendũ eſt magos a ſpũ ſcõ inſpiratos ſapient᷑ chriſto reuerētiã exhibuiſſe. ¶ Ad rõnes in oppoſitum.

¶ Ad primã rñdet᷑. negando ꝯſeq̃ntiã. Et ratio eſt. q꞉ lꝫ magi nõ eēnt de regno iudeorũ. erãt tñ ſubditi eius quē adorare venerũt. q꞉ cognouerũt eũ verũ deũ eoꝝ eē cui oē genu flectendũ erat. Unde btũs auguſtinus in q̊dam ſmone ephie ita dicit. Nũqꝫ hũc magi tam deuote requirerent tantoqꝫ pietatis affectu deſiderarent. niſi eũ cognoſcerent regē q̃ rex etiã ē ſeculoꝝ. Item idem in alio ſermone. Deniqꝫ cũ tam multi iã nati atqꝫ defũcti eēnt reges iudeoꝝ. nũq̃ꝫ quēq̃ꝫ illoꝝ adorandũ magi queſierũt. Ratio. q꞉ nec quēq̃ꝫ illoꝝ celo loquentē didicerũt. ¶ Ad ſecundam reſpondetur. ꝙ non fuit ſtulticia ꝙ magi fecerũt. tum q꞉ herodes nõ erat rex naturalis iudee. ſed alienigena. ſed chriſtus. vñ nõ annũciabãt regem extraneũ. Unde in hoc nõ ſtulticiã ſed oſtenderunt firmitatē nobis ⁊ ꝯſtantiã fidei ſue in chriſto adimplētes illud. Nolite timere eos q̃ occidũt corpus. in q̃ intrepida annũciatõne ꝑfigurabat᷑ ꝯſtantia gentiũ chriſtũ vſqꝫ ad mortē ꝯfitentiũ. Unde Chryſoſtomus dicit ſup Math. Qui ꝯſiderabãt regē futurũ nõ timebãt regem pñtem. Adhuc nõ viderũt chriſtum ⁊ iam parati erant pro eo mori. ¶ Ad tertiam rñdet᷑. negando ꝯſequentiã. Et ratio eſt. q꞉ hoc diuina diſpoſitione factum eſt. Unde Auguſtinus in ſermone quodam Epiphanie. Stella que magos perduxit ad locum vbi erat cum matre virgine deus infans. poterat eos perducere ad ciuitatem bethleem in qua natus eſt chriſtus. ſed tamen ſubtraxit ſe donec de ciuitate in qua chriſtus naſceretur ipſi etiã iudei interrogarentur. et ipſi etiam ſm diuine ſcripture teſtimonium nominarent. vt ſic geminato teſtimonio confirmarentur. ¶ Item Leo papa dicit. Ut ardentioꝝ fide expeterent quem et ſtelle claritas ⁊ prophetie manifeſtabat autoritas. ¶ Ad quartam reſpondetur. ꝙ ratio militaret.

ſi magi regem terrenū querentes veniſſet
quod nō fecerūt. q2 vt dicit Chryſoſtom⁹
ſup Mattheū. Si ſic fuiſſent ꝯfuſi q2 tanti
itineris laborē ſine cauſa ſuſcepiſſent. vnde
nec adoraſſēt nec munera obtuliſſēt. Nūc
āt q2 regem celeſtē querebāt. ⁊ ſi nihil rega
lis excellētie in eo viderunt. tñ ſoli⁹ ſtelle te
ſtimonio ꝯtenti adorauerūt. Viderūt eniꝫ
hoīeꝫ ⁊ cognoſcūt deū ⁊ offerūt munera di
gnitati chriſti ꝯgruentia. Auruꝫ qdem q̄ſi
regi magno. Thus qđ in dei ſacrificio po-
nitur imolāt vt deo. Mirra q̄ mortuoꝵ
corpora ꝯdiuntur prebēt tanq̄ꝫ pro ſalute
omniū morituro.

## In dominica īfra octa

uas Epyphanie eſt euangeliū. In illo tempore.
Cum fact⁹ eſſet Jeſus annoꝝ duodeci. Lu.
ij. Circa qđ pñt diſputari ſeqntes queſtōeſ
¶ Primo. Utrū chriſt⁹ ſm aliquā ſapiam
ſiue ſciam pfecerat. ¶ Scđo. Utrum chri
ſt⁹ in gratia pfecerit. ¶ Tertio. Utrū chri-
ſt⁹ aliqđ ab hoīb⁹ didicerit.

## AD primā queſtō

nem qua querit. Utrum chriſtus
ſm aliquā ſapientiā ſiue ſciaꝫ pfe
cerit. ſic pcedit. Et videtur ꝙ non. ¶ Pri-
mo ſic. Sicut eni ſm ſciam beatitudis. vel
ſm ſciam infuſam chriſt⁹ cognouit oīa. ita
ſm ſciam acquiſitā. ſꝫ ſm illas ſcīas ñ pfec.
ergo nec ſm acq̄ſitā. ⁊ p cōſequēs ſm nllaꝫ
¶ Scđo ſic. Proficere ē impfecti. q2 per-
fectū additōem ñ recipit. ſꝫ in chriſto non ē
ponere ſciaꝫ impfectā. ergo ſm nullā ſciaꝫ
dicend⁹ eſt pfeciſſe. ¶ Tertio. Damaſcen⁹
dicit. ꝙ q̄ dicunt chriſtū ſapia ⁊ grā pficere
vt additamentū ſenſ⁹ ſuſcipientē nō vene-
rant vnionē. ſꝫ nō venerari vnionē ē ipiū.
ergo impiū ē dicere ꝙ ſcia ſiue ſapia pfece-
rit. ¶ In oppoſitum eſt euangeliū pñs. vbi
dr. Lu. ij. ꝙ ieſus pficiebat ſapiētia et etate.
¶ Rñdeo dicendum ſub trib⁹ ꝯcluſiōib⁹
¶ Prima ē. Q2 i chriſto dicūt fuiſſe quat
tuor ſcie. Prima ē diuina ⁊ increata. diſta
ptꝫ. q2 cū in chriſto ponāt due nature pfectē
ſm vnāquāqꝫ in eo ē ponēda ſapia ſiue ſci
entia. ſcꝫ diuina increata ⁊ humana creata
Vñ in ſexta ſynodo ꝯdēnata eſt poſitio ne
gantiū in chriſto duas eſſe ſcias ſiue duas
ſapias. Secunda ſcia que in chriſto poni
tur ē ſcia btoꝝ. Fuit ei ſimul viator ⁊ comp
henſor. Tertia ſcia fuit in eo indita ſiue īfu
ſa. inq̄ntū p vbū dei aīe chriſti ſibi pſonalit̃
vnite impſſe ſunt ſpēs intelligibiles ad oīa
ad q̄ ē intellect⁹ poſſibiliſ in potētia. ſic etiā
impſſe ſūt p vbū dei ſpēs intelligibiles mē-
ti angelice in pncipio creatiōis. vt dicit au
guſtin⁹. Vñ Coll. ij. dr. In chriſto ſunt oēſ
theſauri ſapie et ſciētie abſcōditi. Quarta
ſcia dr expimentalis ſiue acq̄ſita. de qua dr
ad Heb. v. Cum eſſꝫ fili⁹ dei didicit ex his q̄
paſſ⁹ eſt obedientiā. Gloſa. i. expertus eſt.
fuit ergo in eo aliq̄ expimentalis ſcia que ē
ſcia acq̄ſita. ¶ Scđa ꝯcluſio. Chriſtus ſm
tres pmas ſcias nō pfecit. Iſta ꝯcluſio ptꝫ.
Primo de diuina ſcia. q2 iſta augeri nō pt
Idem de ſcia beatifica q̄ ei augeri ñ poteſt
Idem de ſcia infuſa. q2 a pncipio ꝯceptōis
plenarie fuit in eo oīs ſcia infuſa. ¶ Tertia
ꝯcluſio iuxta ſanctū Thomā in tertia pte.
Sciētia acquiſita fuit in chriſto augmen-
tata nō mō ſm experientiā ſꝫ ſm eſſentiam
ſuā. Quidā eni poniūt ſicut etiā ſctūs Tho
mas in quarto ſcpto ponit. ꝙ ſolū ſm expe
rientiā. i. p ꝯuerſionē ſpecieꝝ intelligibiliū
inditarum ad fantaſmata. et ſm hoc dicūt
ꝙ ſcientia chriſti profecit ſm experientiam
conuertendo. ſcilicet ſpecies intelligibiles
inditas ad ea que d̄ nouo per ſenſum acce
pit. Sed quia inconueniens videtur ꝙ ali
qua naturalis actio intellectualis chriſto
deeſſet. cum abſtrahere ſpecies intelligibi-
les a fantaſmatibus ſit quedam actio na-
turalis hominis ſm intellectum agentem
conueniens videtur hanc etiam actioneꝫ
in chriſto ponere. Et ex hoc ſequitur ꝙ in
anima chriſti aliquis ſcientie habit⁹ fuit q̄
per hmōi abſtractionem ſpecieꝝ potuerit
augmentari. ex hoc ſcilicet intellect⁹ agens
poſt pmas ſpecies ītelligibiles abſtractaſ
a fantaſmatib⁹ poterat etiā aliaſ abſtrahe
re. ¶ Ad rōnes in oppoſitū. ¶ Ad pmam
reſpondetur. negando conſequentiam.

Et rō eſt. q2 nō ē ſimile de ꝑmis ſcientiis et
de acq̄ſitis. q2 tam ſcīa infuſa aīe chriſti. q3
ſcīa btifica fuit effect9 agētiſ īfinite v̄tutiſ q̄
p̄t totū ſimul opari. Vn̄ ī neutra ſcīa chri
ſt9 pfecit. ſ3 a p̄ncipio habuit eā pfectā. S3
ſcīa acq̄ſita ē tantū3 ab intellectu agēte q̄ n̄
totū ſimul opat̄ ſ3 ſucceſſiue. Et iō ſm hāc
ſcīam chriſt9 nō a p̄ncipio ſciuit oīa ſ3 pau
latim. et poſt aliq̄d temp9. ſ. in pfecta etate.
et ſic aſſūptū nō eſt ve3. qd̄ pt3 ex h̄ q̄d euā
geliſta ibi ſimīl dicit eū pfeciſſe ſcīa et etate.
¶ Ad ſcd̄am rn̄det̄. negando ꝯſequentia3
Et rō ē. q2 l3 ſcīa acq̄ſita in chriſto fuerit ſꝑ
pfecta ſm temp9. nō tn̄ pfecta fuit ſm natu
rā. ⁊ ideo potuit habere augmentū. ¶ Ad
tertiā dicendū. ꝙ v̄bum Damaſceni intel-
ligendū ē q̄ntū ad illos q̄ dicūt ſimpliciter
factā fuiſſe additōe3 ſcīe chriſti ſm quācū-
q3 ſcīam. et p̄cipue infuſa3 q̄ cauſat̄ in aīa
chriſti ex vnione ad v̄bum. nō āt intelligit̄
de augmento ſcīe que ex naturali agente ī
intellectu cauſatur.

## Ad ſecundam queſti-

onē q̄ querit̄. Vtr3 chriſt9 in grā pfecerit. ſic
pcedit̄. Et videt̄ ꝙ ſic. ¶ Primo. ex p̄ſenti
euāgelio. in q̄ dicit̄ ꝙ chriſt9 pficiebat ſapiē
tia etate ⁊ grā. ¶ Scd̄o ſic. Omī enī finito
p̄t fieri additio. ſ3 grā chriſti finita fuit cu3
eſſet creata. ergo potuit augeri ⁊ chriſtus ī
ea pficere. ¶ Tertio ſic. Quātūcūq3 addi
tur intellectuali nature d̄ pfectōe. tāto ma
gis auget̄ e9 capacitas. vt colligi videtur ī
tertio de aīa. ſ3 capacitas amplioris gratie
fac̄ poſſibilitate3 ad augmētū. ⁊ ita videt̄ ꝙ
chriſt9 pficere potuit in grā. ¶ In oppoſi-
tū eſt illud Joh. j. Vidim9 eū q̄ſi vnigenitū
a pr̄e. plenū grā ⁊ veritatis. S3 nihil poteſt
eē aut intelligi magis plenū grē q̄3 ꝙ aliq̄s
ſit vnigenit9 a pr̄e. ergo nō p̄t eē nec etia3 in
telligi maior grā qua chriſt9 ē plen9. ¶ Re
ſpōdeo dicendū. ꝙ chriſt9 nō pfecit in grā.
ita ꝙ e9 grā in ſe augmentū ſuſciperet. Iſta
ꝯcluſio ſic declarat̄ et pbat̄ iuxta ſanctum
Thomā. Aliquā formā n̄ poſſe augeri. cō
tingit dupliciē. Vno modo ex pte ſubiecti.
Alio mō ex pte illi9 forme. Ex pte q̄de3 ſub-
iecti q̄n ſubiectū attingit ad vltimū in par
ticipatōe illi9 forme ſm ſuū modu3. ſic̄ ſi di-
cat̄ ꝙ aer nō p̄t creſcere in caliditate q̄n pe
tingit ad vltimū gradu3 caloris. q̄ p̄t ſalua
ri in natura aeris. l3 poſſet eē maior calor ī
rerū natura. ſicut ē calor ignis. Ex pte autē
forme excludit̄ poſſibilitas augmēti q̄n ali
q̄d ſubiectū attingit ad vltimā pfectōnem
qua p̄t talis forma haberi. ſicut ſi dicamuſ
ꝙ calor ignis nō p̄t augeri. q2 nō p̄t eſſe pfe
ctior gradus caloris q̄3 ille ad quā ptingit
ignis. Sic aūt aliar3 formar3 eſt ex diuia ſa
pientia determinata ꝓpria menſura. ita et
gratie. ſm illud Sap. xi. Omia in numero
et pondere ⁊ menſura diſpoſuiſti. Menſu-
ra aūt vniuſcuiuſq3 forme pficit̄ ꝑ compa
rationē ad ſuū finem. ſicut nō ē maior gra
uitas q̄3 grauitaſ terre. q2 nō p̄t eē inferior
locus loco t̄re. Finis aūt gratie ē vnio crea
ture rōnalis ad deū. non p̄t eē nec intelligi
maior vnio creature ad deu3 q̄3 que ē in ꝑ
ſona chriſti. Et idō grā chriſti ptingit vſq3
ad ſummā menſurā grē. Sic ergo maniſe-
ſtum eſt ꝙ gratia chriſti nō poterit augeri
ex parte ipi9 gratie. ſed nec etiam ipi9 ſubie
cti. quia chriſt9 ſm ꝙ homo a primo inſtā-
ti ſue conceptionis fuit verus ⁊ plenus cō
p̄henſor. Vnde in eo non potuit eſſe gratia
augmentatiua. ſicut nec in aliis beatis q̄2
gratia augeri non poteſt. eo ꝙ ſūt in termi
no. Hominū vero q̄ ſūt puri viatores grā
poteſt augeri. et ex parte forme. quia nō at
tingit ſummu3 gratie gradum. et ex parte
ſubiecti. quia nondum ꝑuenerūt ad termi
num. ¶ Ad rōnes in oppoſitū. ¶ Ad pri-
mam de p̄nti euangelio reſpondetur iuxta
ſanctum thomam. ꝙ in ſapientia et gratia
aliquis poteſt pficere dupliciter. Vno mō
ſm ipſos habit9 augmentatiuos. et ſic chri
ſtus in eis non proficiebat. quia in eo non
fuit reale gratie augmentū. quia totā3 ple
nitudinē gratie habuit ab initio ſue conce-
ptionis. Alio modo ſm effect9 ſiue ſm oſtē-
ſionē in effectu. inquantū ſc3 aliq̄s ſapien-
tiora et virtuoſa opera facit. et ſic chriſtus
proficiebat ſapientia et gratia. ſicut etiam
etate. quia ſm proceſſu3 etatis perfectiora

opera faciebat quando volebat. vt ſe verū
hoīem demōſtraret. ⁊ in his q̄ ſūt ad deuȝ.
idē. ad glām dei. et in his q̄ ſūt ad hoīes. id
eſt. ad ſalutē hoīm ¶ Ad ſcdaȝ rn̄det. ꝙ ve
rū ē ꝙ cuilibȝ finito pt fieri additio. mathe
matice loq̄ndo. q2 rō q̄ntitatis quaȝ ſolus
mathematicꝰ ꝯſiderat. nō ꝓhibet q̄n poſſit
finito aliq̄d addi. ſi vō loq̄mur de q̄ntitate
naturali. ſic n̄ ē verū. q2 repugnt forme cui dbet
dēminata q̄ntitas. ſic̄ ⁊ alia accidētia determina
ta. Vn̄ philoſophꝰ dicit. ij. de aīa. ꝙ omniū
natura ꝯſtantiū ē terminꝰ ⁊ rō magnitudi
nis ⁊ augmēti Et inde ē ꝙ q̄ntitati totiꝰ celi
nō pt fieri additio. ⁊ multo magis in ipſis
formis ꝯſiderat aliq̄s terminꝰ vltra quem
nō trāſgrediūt. Et ꝓpt h̄ n̄ oportuit ꝙ grē
chriſti poſſit fieri additio. quāuis ſit finita
ſcdm ſuā eſſentiā. q2 nec grā pt eſſe maior q̄ȝ
ꝯprehenſoris. nec glā minor q̄ȝ creature deo
in ꝑſona vnite.

# Ad tertiam queſtōeȝ

q̄ queriť. Vtrū chriſtꝰ aliq̄d ab hoībꝰ didi
cerit. ſic ꝓcediť. Et videť ꝙ ſic ¶ Primo ex
euāgelio p̄nti. vbi dr̄ ꝙ inuenerūt euȝ i tem
plo in medio doctorū interrogātē illos ⁊ re
ſpondentē. iterrogare vō ⁊ rn̄dere eſt addi
ſcētis. ergo videť ꝙ chriſtꝰ aliq̄d ab hoībus
didicit. ¶ Scdo ſic. Acq̄rere ſciam ab ho
mine docente videť eē nobiliꝰ q̄ȝ acq̄rere a
ſenſibilibꝰ. q2 i aīa hoīs docētis ſūt ſpecies
intelligibiles in actu. In rebꝰ āt ſenſibilibꝰ
ſūt ſpecies intelligibiles ſolū in potētia. ſed
chriſtꝰ accipiebat ſciaȝ expimētalē ex rebuſ
ſenſibilibꝰ. vt habitū ē in p̄ma q̄ſtiōe. ergo
multo magis poterat accipe ſciaȝ addiſcē
do ab hoībꝰ. ¶ Tertio ſic. Chriſtꝰ ſcdm ſciaȝ
expimentalē a p̄ncipio nō om̄ia ſciuit. ſȝ in
ea ꝓfecit. ſicut dr̄ in h̄ euāgelio. ſȝ q̄libet au
diēs ſermonē ſignificatiuū alicꝰ pt addiſce
re q̄d neſcit. ergo chriſtꝰ potuit ab hoībus
aliq̄ addiſcere. q̄ ſcdm hanc ſciam neſciebat.
¶ Quarto ſic. Chriſtꝰ ſcdm hanc ſciam ali
q̄d didicit ab angel'. ergo pari rōne potuit
addiſcere aliq̄d a doctis hoībꝰ. aſſumptuȝ
ꝓbať. Tum q2 dicit dionyſius. iiij. celeſtis
hierarchie. Per āgelos videmꝰ euȝ ſub pa
ternis legibꝰ ordinatuȝ. ſȝ ꝙ ordinať aliq̄d
ab ordinante accipit. ergo chriſtꝰ aliq̄d eru
ditōis ab angelis ſuſcepit. ¶ In oppoſituȝ
ē illud Yſa. lv. Ecce teſtē ꝑplis dedi eū ducē
ac p̄ceptorē gētibꝰ Preceptoris āt nō ē do
ceri ſȝ docere. ergo chriſtꝰ n̄ accepit aliquā
ſciam ꝑ doctrinā alicuiꝰ alteriꝰ hominis.
¶ Rn̄deo dicendū ſub duabꝰ ꝯcluſiōibꝰ.
¶ Prima ē. ꝙ chriſtꝰ non didicit aliq̄d ab
hoībꝰ Iſta ꝯclō ꝓbať ſic In q̄libȝ gn̄e id q̄d
ē p̄mū moueſ nō mouet ſcdm illā ſpeciē mo
tus. ſicut p̄mū alterās nō alterať. Chriſtuſ
āt ꝯſtitutꝰ ē caput ecclie. ſcdm illō ad Eph. j.
Ipm dedit deꝰ caput ſup oēm ecciam. vt n̄
ſolū ꝑ ipm oēs hoīes grāȝ accipent. ſcdm illō
Joh. j. De plenitudīe eꝰ oēs accepimꝰ. ſȝ et
vt oēs ab eo doctrinā veritatis reciperēt.
Vn̄ ipe dicit Joh. xviij. In h̄ natꝰ ſuȝ ⁊ ad
h̄ veni in mundū vt teſtimoniū ꝑhibeā ve
ritati. Et iō nō fuit ꝯueniēs eꝰ dignitati vt
a q̄cūq3 hoīe doceret. ¶ Scda concluſio.
Chriſtꝰ nihil didicit ab angelis. Iſta cōclu
ſio ptȝ. q2 ſupioris nō ē ab inferiori recipe.
ſed chriſtꝰ et ſcdm humanā naturā angel' ſu
perior fuit et caput. ſcdm illud Coll'. ij. Qui ē
caput oīs p̄ncipatꝰ ⁊ ptātis. ergo ab eis ni
hil recepit. Item dicit dionyſiꝰ. vij. ca. cele
ſtis hierarchie. ꝙ ſupmi angeli ad ipſuȝ Je
ſum queſtionem faciūt. et ipiꝰ diuine ope
ratōnis ꝓ nobis ſciam diſcūt. ſed nō ē eiuſ
dem docere et doceri. ergo chriſtꝰ nō acce
pit ſciam ab angelis ¶ Ad rōnes in oppo
ſitū ¶ Ad p̄mā rn̄deť. negando ꝯſeq̄ntiaȝ
Et ratio eſt. quia ſicut Origenes dicit ſup
Lucam. Dominꝰ interrogauit non vt ali
quid diſceret. ſed vt interrogans erudiret.
Ex vno quippe fonte doctrine manat inter
rogare et reſpondere ſapienter. Vn̄ ibideȝ
in euangelio ſequitur. ꝙ ſtupebant omēs
qui eum audiebant ſuper prudentia et re
ſponſis eius. et vidētes mirati ſunt. Quia
enim idem verus homo et verus erat deꝰ
ad oſtendendum ꝙ homo erat. homines
viuis ⁊ mortuis. alios poſiturus ad dexte-
ram. alios vero ad ſiniſtrā ❡ Ad ratiōes
in oppoſitum ❡ Ad pͥmā rñdet̄. ꝙ rō nō ꝓ-
cedit. Et rō eſt. q̄a ſicut chriſtꝰ debitū mor-
tis nō habuit ſʒ mortē voluntarie ſubijt vt
ſua v̓tute vinceret mortē. ita etiaʒ nō habu
it meritū vt cū latronibꝰ poneret̄. ſʒ voluit
cū iniq̄s deputari vt ſua v̓tute iniq̄tateſ de
ſtrueret. Vñ Chryſoſtomꝰ dicit ſup Mat
theū. ꝙ latronē in cruce ꝯuertere ⁊ in para
ſū inducere nō minꝰ fuit q̈ʒ ꝯtūdere petras
❡ Ad ſecundā rñdetur. negando ꝯſequē
tiā. Et ratio eſt. q̄a non ꝯueniebat ꝙ cū chri
ſto aliq̄s aliꝰ pateret̄ ex eadeʒ cā. Vñ Ori-
genes ibidē ſubdit. Omēs fuerūt i pctis et
oēs opꝰ habebāt vt ꝓ eis aliꝰ moreret̄ non
ipi ꝓ alijs.

## Sabbato ſancto legi

tur euāgeliuʒ. Veſpe aūt ſabbati ⁊c̄. Mat.
xxviij. Circa qđ pñt diſputari ſeq̄ntes q̄ſtio
nes. ❡ Primo Vtrū ꝯueniēs fuit chriſtū
ſepeliri. ❡ Secundo. vtrum ꝯueniens fu-
it vt chriſtus ad infernum deſcenderet.
❡ Tertio. vtrum chriſtus totus fuit in in-
ferno

## Ad primaʒ queſti

onem ſic ꝓceditur. Et videt̄ ꝙ nō
fuit ꝯueniēs chriſtū ſepeliri ❡ Pri
mo ſic. Nihil circa chriſtū fieri debuit qđ nō
eēt ſalutiferū nob̄. ſed ī nullo videt̄ ad ſalu
tē hoīs ꝑtinere ꝙ chriſtꝰ fuit ſepultus. ergo
nō fuit ꝯueniēs chriſtū ſepeliri ❡ Secūdo
ſic. Sic̄ ꝯueniens fuit vt moreretur morte
ignominioſa. ita videt̄ ꝙ debuit ſepeliri ſe
pultura abiecta ⁊ vili. ſʒ hō nō eſt factū. ergo
⁊c̄. ❡ Tertio ſic. Si dicat̄ ꝙ chriſtꝰ ſepeliri

voluit vt daret bominibꝰ ſpem reſurgendi
de ſepulcro. ergo ſilr incinerationez corpis
ſui pati debuit. vt ſpem reſurgēdi incinera
tis poſt incineratione daret. ſꝫ ħ nō fuit cō
ueniēs. ergo ꝛc. ¶ Quarto. Sic mors eſt
pena pcti pmi parētis. ita ꝛ incineratō. Di
ctū eſt ei pmo hoī poſt pctūm: Puluis es
ꝛ in puluerē reuerteris. vt dꝛ Geñ. iij. ſꝫ chri
ſtus mortē ſuſtinuit vt nos a morte libera
ret. ergo etiam cū ſepeliri voluit incinerari
debuit corpꝰ eiꝰ vt nos ab incineratione li
beraret ¶ Quinto. Si corpꝰ chriſti fuit ſe
pultū videt ꝙ ſepatuꝫ fuit a diuinitate cui
erat vnitū. patet conſequentia. qa remoto
medio remouent extrema. ſꝫ diuitas vnita
eſt carni mediāte aīa. ergo in morte chriſti
cū ſit ſepata aīa a carne chriſti ꝛ ita iaceat ī
ſepulcro ſine aīa. p ꝯſequēs diuitas fuit ſe
parata a carne ¶ In oppoſitū eſt euangeli
ſtes. vbi ait Mittēs mulier ħ vnguentū in
corpꝰ meū ad ſepeliēdū me fecit ¶ Rñdeo
dicendū ſub certis cōcluſionibꝰ. Prima ē
ꝙ ꝯueniēs fuit chriſtuꝫ ſepeliri. Que ꝯclio
pbat ſic. Cōueniēs ei fuit chriſtū ſepeliri ex
multiplici reſpectu. Primo ad pbandum
vitatē mortis. Nō eni aliqs in ſepulcro po
nit niſi qñ iā de vitate mortis ꝯſtat. Unde
Mar. xv. legit ꝙ pilatꝰ añqꝫ cōcederꝫ chri
ſtū ſepeliri diligēti inqſitione cognouit cū
eē mortuuꝫ. Secūdo. qa p ħ ꝙ chriſtꝰ de ſe
pulcro reſurrexit dat ſpes reſurgēdi p iſpm
bis q ſunt in ſepulcro. ſm illud Jo. v. Oēs
q in monumētis ſūt audiēt vocē filij dei et
qui audierint viuēt. Tertio ad exēplū eorū
q p mortē chriſti ſpūalit moriūt peccatis. q
ſcꝫ abſcōdent a turbatōe hoīm. Uñ dꝛ Col.
iij. Mortui eſtis ꝛ vita veſtra abſcōdita ē
cū chriſto in deo. Scda ꝯcluſio. Cōueniēs
fuit vt chriſtꝰ ſepeliret in horto ad ſigfican
dū ꝙ p mortez ꝛ ſepulturā ipſiꝰ liberamur
a morte quā incurrimꝰ p pctūm adei ī hor
to padiſi cōmiſſum. Tertia cōcluſio. Cōue
niēter chriſtꝰ ſepultꝰ eſt ī ſepultura aliena.
vt dic Augꝰ. in qdā ſmone. qa p alioꝝ mo
riebat ſalute. Quarta concluſio. Cōueniēſ
fuit vt ſepeliret ī nouo monumēto. qꝛ ſi ali
quis ibi añ fuiſſet ſepultꝰ potuiſſꝫ calūnia
ri a iudeis ꝙ ille ſurrexiſſet ꝛ nō chriſtꝰ. ¶ Et
eadē rōe ſepultꝰ eſt ꝯueniēter ī ſepulcro qd
exciderat de petra. ne ſi ſepultꝰ fuiſſet in ter
ra diceret a iudeis ꝙ diſcipuli p cauernas
terre eū extraxiſſent. Quinta cōcluſio Con
ueniēs etiā fuit vt corpꝰ chriſti inuolutum
eēt in ſyndone mūda. i. pāno lineo mundo
qa corpꝰ eiꝰ erat mundiſſimū. Uñ ppter ħ
corpus chriſti nō ꝯſecrat in altari ſup pan
num ſericū ſꝫ lineū. qa corpꝰ chriſti tali pā
no fuit inuolutuꝫ. vt dꝛ de cōſe. diſ. j. Sexta
ꝯcluſio. Licet ꝯueniēs fuit chriſtū ſepeliri.
nō fuit tamē cōueniens corpꝰ eiꝰ īcinerari
Iſta cōcluſio patet ex illo ps. Nō dabis ſā
ctum tuū videre corruptionē. qd Damaſ
cenus exponit. de corruptiōe q eſt p reſolu
tionē in elementa. Oñditur etiā concluſio
ex hoc ꝙ putrefactō cuiuſcūqꝫ corpis pue
nit ex infirmitate nature illiꝰ corpis. q non
poteſt ampliꝰ ꝯtinere corpꝰ ī vnum. mors
aūt chriſti ſicut ſupra dictū eſt non debuit
eē cū infirmitate nature. ne crederet eſſe in
uolūtaria. ꝛ iō nō ex morbo ſꝫ ex paſſione il
lata voluit mori cui ſe obtulit ſpōte. ꝛ ideo
chriſtꝰ ne mors eiꝰ infirmitati aſcriberetur
noluit corpus ſuū qualitercūqꝫ putrefieri
aut qualitercunqꝫ reſolui. ſed ad oſtentati
onem virtutis diuine voluit corpus illud
incorruptum permanere ¶ Septima ꝯclu
ſio. Diuinitas non fuit ſepata a carne chri
ſti. nec in morte nec in ſepultura. Patet cō
cluſio. Dicitur enim in ſymbolo. ꝙ filiꝰ dei
mortuus eſt ꝛ ſepultus. ſed hoc nō dicitur
niſi quia corpus in ſepulcro fuit. ergo diui
nitas a corpore ſeparata non fuit. Cuiꝰ ra
tio etiaꝫ ex tribus accipi poteſt. Primo ex
parte dei. quia cum ſit immutabilis ꝛ qd ſi
bi perfecte coniunctū eſt immutabilitateꝫ
preſtat. vt ſcilicet ei immutabiliter adhere
at. Secundo ex parte ipſius aſſumpti. ꝙ p
mortem quam ex obedientia patris ſuſti
nuit non debuit ſuam dignitatem amitte
re. ſed magis debuit clarificari. Tertio ex fi
ne aſſumptionis. quia ea que poſt mor-
tem ipſius circa ipſum acta ſunt ſalutaria
nobis non fuiſſent niſi diuinitas iuncta fu
iſſet. ¶ Ad rationes in oppoſitum.

¶ Ad pͥmā rn̄deť negando minorē. Dici
mus eni ꝙ ſicut mors efficiēter opata ē no
ſtram ſalutē. ita etiā ⁊ eius ſepultura. Vn̄
Hieronymꝰ dicit ſup Mattheū. Sepul-
tura chriſti reſurgimꝰ Et Eſaie. liij. Dabit
impios ꝑ ſepultura. dicit glo. i. gētes que ſi
ne pietate erāt deo patri dabit. qꝛ mortuuſ
⁊ ſepultꝰ eos acqͥſiuit ¶ Ad ſecundā rn̄de
tur negando cōſequētiā. Vn̄ dicimꝰ. ꝙ licꝫ
mors chriſti fuerit ignominioſa. ſepultura
tn̄ eius debuit eē nobilis ⁊ ſumptuoſa. Cu
ius ratio eſt. qꝛ paſſibilitatē ⁊ humilitateꝫ
aſſumpſit chriſtꝰ ꝓ noſtra redemptōne. iō
illa cōpleta ī ſua morte. ꝓdicta debuerunt
ceſſare. ⁊ ea ſequi que qͦdammodo ad glori
am ſue reſurrectōnis ꝑtinere videbantur.
Unde vtrūqꝫ fuerat dictū ꝑ Eſaiā ꝓphaꝫ.
De turpitudine mortis eius. Eſa. liij. Tan
q̄ꝫ ouis ad occiſionē duceť ⁊c. Et ſequiť ibi-
dem. Et cū ſceleratis reputatꝰ eſt. De nobi
litate ſue ſepulture diciť Eſa. xj. Radix ieſſe
qui ſtat ⁊c. ſequiť. Et erit ſepulcꝛ eiꝰ gľioſū.
¶ Ad tertiā rn̄deť negādo conſequentiā
Et rō eſt. qꝛ chriſtꝰ de ſepulcro reſurrexit v̓
tute diuina q̄ nullis terminis coartať. et iō
ꝙ a ſepulcro ſurrexit ſufficiēs argumētum
fuit ꝙ hoīes erāt reſuſcitādi v̓tute diuina.
n̄ ſolū de ſepulcris. ſꝫ de qͥbuſcūqꝫ terrenis.
¶ Ad quartā rn̄deť negando ꝯſequētiaꝫ.
Et rō eſt. qꝛ chriſtꝰ cū nō eēt ſubiectꝰ pctō.
nec morti erat obnoxiꝰ. nec incineratiōi. q̄
erant pene originalis pctī. tn̄ mortē libēter
ſuſtinuit ꝓpter ſalutē noſtrā. Si aūt corpꝰ
fuiſſet putrefactū vel reſolutū. magis hꝫ fu
iſſet in detrimentū hūane ſaluti ſ. dū nō cre
dereť in eo eē v̓tus diuina Vn̄ ex ꝑſona eiꝰ
diciť in ps. Que vtilitas in ſanguine meo
dū deſcēdero in corruptionē. q. d. Si corpꝰ
meū putreſcat ꝑdereť effuſi ſāguis vtilitaſ
¶ Ad quintā rn̄detur negādo ꝯſequētiā.
Dicimꝰ eni ꝙ in morte chriſti nō fuit diui-
nitas ſepata a carne nec ab aīa. Nā vt dic̄
leo papa. Tāta fuit vnio dei ⁊ hoīs. vt nec
ſupplicio poſſit dirimi nec morte diſtingui
¶ Ad ꝓbationem aūt rn̄demus ꝙ anima
quantū ad vnibilitatē corpis eſt medium
neceſſitatis. qꝛ corpus non eēt vnibile niſi
in quantum eſt animatū. ſed quantum ad
vnionem in actu. eſt mediū congruentie. q̄
remoto nō neceſſario vnio tollitur. et iō qꝛ
ſepata anima a corpe adhuc remāſit ordo
in corpe ad aīaꝫ. iō nō tolliť vnio diuitatis
ad carnem.

## Ad ſecūdam queſtio

onem ſic ꝓcediť. Et videť ꝙ non fuit ꝯueni
ens chriſtū ad īfernū deſcēdere ¶ Primo
ſic. Sicut eni dicit Auguſtinꝰ ad dardanū
Nomen inferni in ſcriptura ſemꝑ in malo
accipitur. ſed illud quod ſemꝑ in malo ac-
cipitur nō conuenit chriſto. ergo nec deſcē-
dere in infernum. ¶ Secundo chriſtus ꝑ
paſſionem ſuā quā in hoc mundo ſuſtinu
it nos liberauit a culpa et pena. ergo nō fu
it conueniens ꝙ chriſtus in infernuꝫ deſcē
deret. ¶ Tertio. Chriſtus nō deſcendit in
locuꝫ damnatorū locū tenebroſum ⁊ oper
tum mortis caligine. quia nulla eſt cōuen-
tio lucis ad tenebras. vt diciť. ij. Cor. vj. er-
go chriſtus qui eſt lux ad infernū nō deſcē
dit. ¶ In oppoſituꝫ eſt ſymbolus fidei vbi
dꝛ. deſcendit ad inferos. ¶ Reſpōdeo dicē
dum ſub tribus concluſionibus ꝓ maiori
declaratione materie. Prima ꝯclīo. Con-
ueniens fuit chriſtum ad infernū deſcende
re vt infernus nominat locū nō penā dam
ni vel ſenſus Patet ꝯclīo Tum pͥmo quia
chriſtus venerat penā noſtram portare vt
nos a pena eriperet. ſm̄ illud Eſa. liij. Vere
languores noſtros ipē tulit ⁊ dolores no-
ſtros ipē portauit. ex peccato autē homo i
currerat non ſolum mortē corporis ſed eti
am deſcenſum ad inferoſ. Et ideo ſicut fuit
conueniens eum mori. vt nos liberaret a
morte. ita conueniēs fuit ei deſcendere ad
inferos. vt nos a deſcēſu ad inferos libera
ret. Unde Oſee. xiij. dicitur. Ero mors tua
o mors. ero morſus tuus inferne Scdō fu
it conueniens vt victo diabolo per paſſio
nem victos eius eriperet qui detinebātur
in inferno. Tertio. vt ſicut poteſtatem ſuaꝫ
oſtendit in terra veniendo ⁊ moriendo. ita
poteſtatem ſuaꝫ oſtenderet in īferno ipm̄
illuminando et viſitando. Unde ī pſalmo

dicit᷑. Attollite portas ꝑncipes veſtraſ. glo.
id eſt. ꝑncipes inferni auferte poteſtatē ve-
ſtraꝫ qua vſqꝫ nūc hoīes in inferno detine-
batis. Et ſic in noīe ieſu oē genu flectat᷑ nō
ſolū celeſtiū ſꝫ etiā infernoꝝ. vt dr̄ Phil. ij.
Secūda ↄclo. Aīa chriſti nō deſcendit in
omnē ꝑtem inferni ſm̄ eſſentiā ſuā. Pro q̊
ſunt duo notāda. Primū eſt ꝙ q̈druplex ē
infern⁹. Unus eſt infern⁹ damnatorū. in q̊
ſunt tenebre. ⁊ q̈ntum ad carentiaꝫ diuīe vi
ſionis. ⁊ quantū ad carentiā gratie. ⁊ eſt ibi
pena ſenſibiliſ. ⁊ hic infern⁹ eſt loc⁹ damna
torū. Alius eſt infern⁹ ſupra iſtū in q̊ ſunt
tenebre ⁊ q̈ntū ad carentiā diuine viſionis
⁊ ꝓpter carentiā grē. ſed nō eſt ibi pena ſen
ſibilis. ⁊ dicit᷑ limbus pueroꝝ. Alius eſt ſu
pra iſtū in quo ſunt tenebre quantuꝫ ad ca
rentiam diuine viſionis. ſed nō quantū ad
carentiā gratie. ſed ibi eſt pena ſenſus. ⁊ dr̄
purgatoriū. Alius eſt magis ſupra in quo
ſunt tenebre q̈ntū ad carentiā diuīe viſiōis
ſed nō q̈ntum ad carentiā gratie. nec eſt ibi
pena ſenſibilis. ⁊ hic eſt infern⁹ ſctōꝝ patꝝ.
⁊ in hūc tantū deſcēdit chriſt⁹ q̈ntū ad locū
nō quantū ad ſp̄ualiū tenebraꝝ experientiā.
Secūdo nota ꝙ dupl'r dr̄ aliqd alicubi eē.
Uno mō ꝑ ſuū effectū. ⁊ hͦ mō chriſtus in
quēlibet infernū deſcēdit. aliter tn̄ et alit᷑. nā
in infernū damnatoꝝ habuit hūc effectū ꝙ
deſcendens chriſt⁹ ad inferos de ſua incre-
dulitate ⁊ malicia illos ↄfutauit. Illis vͦ q̊
detinebant᷑ in purgatorio ſpem glīe ↄſeq̄n
tis dedit. Sanctis aūt patrib⁹ q̊ ꝓ ſolo pec
cato originali detinebāt᷑ lumē eterne glīe in
fudit. Alio mō dr̄ aliqd eſſe alicubi ꝑ ſuam
eſſentiā. ⁊ hͦ mō aīa chriſti deſcēdit ſolū ad
locū inferni in q̊ iuſti detinebant᷑ vt q̊s ipe
ꝑ grām interi⁹ viſitat ſm̄ deitatē eos etiaꝫ
ſm̄ animā viſitaret ⁊ loco. Tertia cōcluſio.
Aīa chriſti tamdiu mānſit in inferno q̈ꝫdiu
corp⁹ in ſepulcro. Iſta ↄclo ptꝫ ex illo Act.
ij. Quē de⁹ ſuſcitauit ſolutis dolorib⁹ infer
ni. ergo videt᷑ ꝙ ī inferno fuit vſqꝫ ad horaꝫ
reſurrectiōis. Rōe aūt patet ſic. Nā cū aīa
⁊ corp⁹ ſunt ꝓportionabilia. tantuꝫ debuit
aīa ſtare in inferno q̈ntū corpus ī ſepulcro
vt ꝑ vtrūqꝫ fratrib⁹ ſuis ſimilaret᷑. Quar-
ta ↄclo. Chriſt⁹ p̄res ſanctos exiſtentes ī illa
ꝑte inferni que dicit᷑ limbus patruꝫ eduxit
de inferno. Patet ↄclo ex illo Zach. ix. Tu
vero ī ſanguine teſtamēti eduxiſti vinctos
de lacu ꝛc. Quinta ↄcluſio. Chriſt⁹ nō edu
xit illos qui erant in limbo pueroꝝ. Patet
cōcluſio. Redemptio enī chriſti non habet
locum niſi in illis qui fuerunt mēbra chri-
ſti. Unde cum pueri q̊ erant in limbo nun
q̈ꝫ fuerunt mēbra chriſti nec ꝑ fidē propriā
nec per fidei ſacramentum q̊d nunc eſt ba
ptiſmus q̊d tunc erat circumciſio vel ſacri
ficium. cōſtat ꝙ ipſi liberati nō fuerūt. Se
xta concluſio. Exiſtētes in parte inferni dā-
natorum nō liberauit. Patet cōcluſio. q2
in inferno nulla eſt redemptio. ergo nulli
de illo loco ſunt liberati. Ratione ſic oſten-
ditur. Pena non poteſt tolli manente cul-
pa. Illi autem qui ſunt damnati in inferno
ſunt obſtinati in malicia ſicut demones. et
ideo de pena illa liberari non potuerunt. ⁊
hoc non fuit ex inſufficientia liberātis. ſed
ex indiſpoſitione ipſorum damnatorū. Se
ptima concluſio. Chriſtus non liberauit re
gulariter animas exiſtētes in purgatorio
Iſta cōcluſio patet. Pro peccato quod ꝑ
ſe quis cōmiſit debet purgationē pati. ſed
penam purgatorij ſuſtinet homo ꝓ pecca-
tis que cōmiſit. ergo ꝑ penaꝫ quā ipſe tulit
debet purgari ⁊ non per penā chriſti. Niſi
dicatur ꝙ in vita ſua meruit per fideꝫ ⁊ de-
uotionem ad mortē chriſti vt per paſſionē
chriſti liberaretur. Uel hoc ex ſpeciali gra
tia fuit collatuꝫ. ꝙ illi qui in purgatorio in-
uenti fuiſſent abſoluti eſſent per paſſionem
chriſti. quāuis illi qui nunc ſunt in purga-
torio non ſequantur effectum plene libera
tionis ex ſola paſſione chriſti. ¶ Ad ratio
nes in oppoſitum. ¶ Ad primam reſpōde
tur. ꝙ nomen inferiorum ſonat in malum
pene. non in malū culpe. Unde decuit chri
ſtum in infernum deſcendere non tanq̈m
ipſe debitor eſſet pene. ſed vt eos qui erant
pene obnoxij liberaret. ¶ Ad ſecundam
reſpondetur, negando conſequentiam.
Et ratio eſt. Quia paſſio Chriſti fuit que
dam cauſa vniuerſalis humane ſalutis.

tã viuoꝝ q̃ȝ mortuoꝝ. Cauſa aũt vniuerſa
liter applicat̃ ad ſingulareſ effect⁹ ꝑ aliquid
ſpẽale. Vñ ſicut v̈tus paſſiõis chriſti appli-
cat̃ viuentib⁹ ꝑ ſacramẽta ꝯfigurãtia nos
paſſioni chriſti. ita etiã applicata ẽ mortuiſ
ꝑ deſcẽſuȝ chriſti ad inferos. ppt̃ q̊d Zach.
ix. dr̃. q edurit victos de lacu in ſanguine te
ſtamenti ſui. id eſt. per v̈tutem paſſiõis ſue
¶ Ad tertiã rñdet̃. negãdo conſequentiã.
Et rõ eſt. q: vt ſupra notat̃. q̃druplex ẽ infer
nus. Secũdo põt dici q ſi chriſt⁹ nõ deſcẽ
dit in infernũ ꝑ ſuã eſſentiã. deſcẽdit tñ ꝑ ef
fectum. vt dictũ eſt

## ¶ Ad tertiam queſtio

nem ſic ꝓcedit̃. Et videt̃ q nõ tot⁹ chriſtus
fuit ĩ inferno ¶ Primo ſic. Corp⁹ chriſti ẽ
aliq̃ ps ei⁹. ſȝ corp⁹ chriſti nõ fuit ĩ inferno.
ergo tot⁹ chriſt⁹ nõ fuit ĩ inferno ¶ Secũ
do ſic. Nihil cui⁹ ptes ab inuicẽ ſeꝑate ſũt
põt dici totũ. ſȝ corp⁹ ⁊ aĩa q̃ ſunt ptes hũa
ne nature fuerũt ab inuicẽ ſeꝑate p⁹ mortẽ
deſcẽdit aũt chriſt⁹ in infernuȝ mortu⁹ exi
ſtens. ergo ñ potuit eẽ tot⁹ ĩ inferno ¶ Ter
tio. Illud totũ dicit̃ eſſe in loco cuius nihil
extra illũ locũ eſt. ſed aliq̊d chriſti erat extra
infernũ. q̊a ⁊ corp⁹ erat ĩ ſepulcro ⁊ diuitaſ
vbiq̊ȝ. ergo chriſtus nõ fuit tot⁹ in inferno
¶ In oppoſitũ eſt illud Aug̊. in li. de ſym-
bolo. Tot⁹ fili⁹ apud patrẽ. tot⁹ in celo. to-
tus in terra. totus ĩ vtero v̈ginis. tot⁹ ĩ cru-
ce. tot⁹ in inferno. tot⁹ in paradiſo quo latro
nem induxit ¶ Reſpõdeo dicendũ ſʒ iſta
ꝯcluſiõe. q chriſt⁹ ĩ illo triduo mortis tot⁹
fuit ĩ ſepulcro. ⁊ tot⁹ fuit ĩ inferno. licet ñ fu
it totũ q̊d ptinet ad hũanã naturã Que cõ
cluſio ſic oñdit̃. Maſculinũ gen⁹ refert̃ ad
hypoſtaſim vl̓ pſonã. neutrũ aũt gen⁹ pti
net ad naturã. ſȝ ĩ morte chriſti licet aĩma ſe
parata fuerit a corpe. neutꝝ tñ fuerat ſepa-
tũ a pſona filij dei. ⁊ iõ in illo triduo mortiſ
dicẽdũ eſt. q tot⁹ chriſt⁹ fuit in ſepulcro. q:
tota pſona fuit ibi ꝑ corp⁹ vnitũ. ⁊ ſil̓r tot⁹
fuit ĩ inferno. q̊a tota pſona chriſti ibi fuit
rõe aĩe ſibi vnite. tot⁹ etiam chriſt⁹ tũc erat
vbiq̊ȝ rõne diuĩe nature. ¶ Ad rationes in
oppoſitũ ¶ Ad primã rñdet̃ negando con
ſequentiã. Et rõ eſt. q̊a corp⁹ chriſti q̊d tũc
erat ĩ ſepulcro nõ eſt ps pſone increate. ſed
nature aſſũpte ⁊ iõ ꝑ hʒ q corp⁹ chriſti ñ fuit
in inferno nõ excludit̃ q̊n tot⁹ chriſt⁹ fuerit
ſȝ oñdit̃ q nõ fuit totũ q̊d ptinet ad hũanã
naturã ¶ Ad ſcdam rñdet̃ negando cõſe-
quẽtiã. Et rõ eſt. quia ex anima ⁊ corpe cõ-
ſtituit̃ totalitas humane nature. nõ aũt to
talitas diuine pſone. et ideo ſoluta vnione
anime et corpis ꝑ mortẽ remãſit totus xp̃s
ſȝ nõ ꝑmãſit hũana natura ĩ ſua totalitate.
¶ Ad tertiã rñdet̃ negãdo conſequentiã
Et ratio eſt. quia aſſumptũ nõ habet locũ
niſi ĩ his q̃ corꝑaliter ⁊ circumſcriptiue ſũt
in loco. q ſi totum eſt alicubi nihil eius ſit
extra. ſed hoc in deo locuȝ nõ habet. Unde
Auguſtin⁹ dicit in libro de ſymbolo. Nõ
ꝑ diuerſa temꝑa vel loca dicimus chriſtuȝ
eſſe vbiq̊ȝ totuȝ vt modo ibi totus ſit ⁊ alio
tempore alibi totus. ſed vt ſemper vbiq̊ȝ ſit
totus

## ¶ In die reſurrectiõis

legitur euangeliũ. In illo tp̃e. Maria ma-
gdalene ⁊c. Marci. xvi. Poſſunt diſputari
ſequentes queſtiones ¶ Prima Utrum
neceſſarium fuit chriſtum reſurgere ¶ Se
cũda Utrum conueniens fuit chriſtuȝ ter-
tia die reſurgere. ¶ Tertia. Utrum totus
ſanguis qui per eum fuſus eſt pro huma-
na redemptione ſit in reſurrectione reaſſũ-
ptus.

## Ad primaȝ queſti

onem ſic ꝓceditur. Et videt̃ q nõ
fuit neceſſariũ chriſtum reſurgere
¶ Primo ſic. Dicit Damaſcenus in. iiij.
libro. Reſurrectio eſt eius quod cecidit et
diſſolutũ eſt iterata ſurrectio. ſed chriſtus
non cecidit per peccatũ nec corpus ei⁹ diſ
ſolutum eſt. ergo non conuenit ei reſurge-
re. ¶ Secundo ſic. Ea que circa humani-
tatem ſunt acta ad noſtrã ſalutem ordinãt̃
tur. ſed ſufficiebat ad noſtrã ſaluteȝ paſſio
chriſti per quã ſumus liberati a culpa et a
pena. non ergo fuit neceſſariũ q chriſtus a
mortuis reſurgeret. ¶ Tertõ ſic cõfirmat̃

ratio p̄cedēs. Poſt vltimā cōſummatiōꝫ
nō eſt aliud neceſſariū. ſꝫ vltima ꝯſūmatio
facta eſt ī paſſiōe. qͣ tūc dixit Cōſummatū
eſt Jo. xix. ergo nō fuit neceſſariū ꝙ poſtea
reſurgeret. ¶ Jn oppoſitū eſt euāgeliū p̄n̄s
vbi dr̄. Surrexit nō eſt hic. Et illud Luc. vlt.
Oportebat chriſtū pati ⁊ a mortuis reſur-
gere ¶ Rn̄deo dicendū ſub certis ꝯcluſio-
nibꝰ. Prima ꝯclō. ꝙ neceſſariuꝫ fuit chri-
ſtum a mortuis reſurgere. Que ꝯcluſio pa
tet p̄mo ex illo apl̄i. j. Cor. xv. Si chriſtꝰ nō
ſurrexit inanis eſt fides nr̄a. ſꝫ ſine fide n̄ iu-
ſtificamur. ergo neceſſariū fuit chriſtum re
ſurgere. Preterea Neceſſitas reſurrectōis
chriſti colligit̄ ex m̄ltis. Primo ad cōmen
datiōnē diuīe iuſticie ad quā ꝑtinet exalta
re illos q̇ ꝓpt̄ deuꝫ ſe humiliauerūt. ſm̄ illō
Lu. j. Depoſuit potētes. ⁊ exaltauit hūiles.
qͣ legit̄ chriſtꝰ ꝓpter charitatē ⁊ obediētiaꝫ
dei ſe hūiliauit vſqꝫ ad mortē crucis. opor-
tebat ꝙ exaltaret̄ a deo vſqꝫ ad gl̄ioſam re-
ſurrectionē. Secundo fuit neceſſariū ad fi
dei noſtre inſtructionē. qͣ ꝑ eiꝰ reſurrectō
nem ꝯfirmata ē fides circa diuītatē chriſti.
qͣ vt dr̄. ij. Cor. vlt. Si crucifixꝰ eſt ex infir-
mitate noſtra viuit ex v̓tute dei. Tertio fuit
neceſſariū chriſtū reſurgere ad ſubleuatōꝫ
ſpei noſtre. qͣ dū videmꝰ chriſtū reſurgere
q̇ eſt caput noſtruꝫ. ſperamꝰ ⁊ nos reſurre
cturos. Vn̄ dr̄. j. Cor. xv. Si chriſtꝰ p̄dicat̄
ꝙ reſurrexit a mortuis. quō q̇dā dicūt ī vo
bis q̄m̄ā reſurrectio mortuoꝝ n̄ eſt. Et iob
xix. Scio ꝑ certitudineꝫ fidei ꝙ redemptor
meꝰ. i. chriſtꝰ viuit. a mortuis reſurgēs. ⁊ iō
in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum
repoſita eſt hec ſpes mea ī ſinu meo. Quar
to fuit neceſſariū ad informationē vite fide
lium. ſm̄ illud ad Ro. vj. Quō chriſtus re
ſurrexit a mortuis ꝑ gl̄iam patris. ita ⁊ nos
in nouitate vite ambulemꝰ. Quinto fuit
neceſſariū ad cōplemētuꝫ nr̄e ſalutis. qꝛ ſic̄
ꝑ hoc ꝙ mala ſuſtinuit moriēdo vt nos libe-
raret a mal̓. ita glorificatꝰ eſt reſurgēdo. vt
nos ꝓmoueret ad bona. ſm̄ illud Roꝝ. iiij.
Traditꝰ eſt ꝓpt̄ delicta nr̄a ⁊ reſurrexit ꝓpt̄
iuſtificationē noſtrā. Secūda ꝯclō. Chri-
ſtus pꝰ reſurrectionē habuit verū corpus

Jſta ꝯclō ptꝫ p̄mo ſic. Chriſtꝰ v̓e reſurrexit
vt dictū eſt. ſꝫ ad hoc ꝙ ſit v̓a reſurrectō opor
tet ꝙ idē corpꝰ eidē aīe vniret̄. ⁊ qͣ veritas
nature corꝑis ē ex forma. ꝯſeq̄ns eſt. ꝙ cor-
pꝰ chriſti pꝰ reſurrectiōꝫ ⁊ veꝝ corpꝰ fuerit
⁊ eiuſdē nature cuiꝰ fuerat p̄ꝰ. Si aūt corpꝰ
fuiſſꝫ fantaſticū nō fuiſſet v̓a reſurrectio ſꝫ
apparēs. Tertia ꝯclō. Corpꝰ chriſti reſurre
xit gl̄ioſum. Jſta ꝯclō oñdit̄ rōe. Quia re-
ſurrectō chriſti fuit exēplar ⁊ cā nr̄e reſurre
ctiōis. vt habet̄. j. Cor. xv. Sancti aūt habe
būt in reſurrectiōe corꝑa gl̄ioſa. ſic dr̄ ibidē
Qđ ſeminat̄ in mortalitate ſurget ī gl̄ia. vn̄
cū cauſa ſit potior cauſato ⁊ exēplar exem-
plato. m̄lto ergo mag̊ corpꝰ chriſti fuit glo-
rioſum. Quarta ꝯclō. Chriſtꝰ ſurrexit re-
ſurrectiōe ꝑfecta p̄ꝰ q̄ꝫ q̇cūqꝫ aliꝰ reſurgē
tium Jſta ꝯclō ptꝫ ex illo. j. Cor. xv. Chriſtꝰ
reſurrexit a mortuis p̄mitie dormientium
glo. qͣ p̄ꝰ tp̄e ⁊ dignitate ſurrexit. Ratōe
ſic. Reſurrectio ē reꝑatio a morte in vitam
Dupliciť aūt aliq̇s eripitur a morte. Vno
mō ſolū a morte ī actu. vt ſi aliq̇s viuere in
cipiat q̄litcūqꝫ poſt q̄ꝫ mortuꝰ fuerat. Alio
mō vt aliq̇s liberet̄ nō ſolū a morte. ſꝫ a ne-
ceſſitate. ⁊ q̊d plꝰ eſt a poſſibilitate moriēdi
⁊ hoc eſt v̓a ⁊ ꝑfecta reſurrectio. Quādiu ali
q̇s viuit ſubiectꝰ neceſſitati moriēdi q̊dam
modo mors ei dn̄at̄. ⁊ ſic ptꝫ ꝙ illa reſurre-
ctio qua q̇s eripit̄ ſolū ab actuali morte eſt
reſurrectio īꝑfecta. Loquēdo ergo de reſur
rectiōe ꝑfecta chriſtꝰ eſt p̄mꝰ reſurgentiuꝫ.
qͣ iп̄e reſurgēdo p̄mo ꝑuenit ad vitā peni
tus immortalē. ſm̄ illud Ro. vj. Chriſtꝰ re-
ſurgens a mortuis iā nō morit̄. ſed reſurre
ctione imꝑfecta quidā alij ſurrexerunt an̄
chriſtū ad p̄monſtrādū q̄ſi in quodam ſi-
gno reſurrectionē ipiꝰ. Vn̄ illi q̇ reſuſcitati
ſunt in veteri teſtamento. et illi q̇ ſunt reſu
ſcitati a chriſto ſic redierunt ad vitaꝫ vt ite
rum morerent̄. ¶ Ad rōnes in oppoſitum.
¶ Ad p̄mā rn̄det̄ negando conſequentiā
Et rō eſt. quia licet chriſtus non ceciderit
per peccatum. cecidit tamē ꝑ mortē. quia ſi
cut peccatuꝫ eſt caſus a iuſticia. ita mors ē
caſus a vita. Similiter licet corpus chriſti
non fuerit diſſolutū per incinerationē. ipa

tū ſeparatio aīe a corꝑe diſſolutio q̄dā fuit

¶ Ad ſecundā rn̄detur. ꝙ etiā reſurrectio chriſti opata eſt noſtrā ſalutē. ſꝫ paſſio chriſti opata eſt noſtrā ſalutē ꝓprie loquendo quantū ad remotionē maloꝝ. reſurrectio aūt q̄ntū ad incboationē ⁊ exēplar bonoꝝ.

¶ Ad tertiā rn̄det̄ negādo conſequentiā Et ratio eſt. q̄a licet ī morte facta ſit cōſummatio oīm eoꝝ q̄ exigebant̄ ad ſatiſfactiōꝫ. q̄ quidē nō eſt facta ꝑ reſurrectionē. nihilominꝰ ī reſurrectōne facta eſt cōſummatio q̄ntū ad ꝑfectionē in bono

## Ad ſecundam queſtionem

ſic ꝓcedit̄. Et videt̄ ꝙ nō fuit ꝯueniēs chriſtū reſurrexiſſe tertia die ¶ Primo ſic Membra debēt capiti cōformari. ſꝫ nos q̄ ſumus mēbra chriſti nō reſurgimus tertia die. ſed noſtra reſurrectio differt̄ vſq3 ad finem mūdi. ergo videt̄ ꝙ chriſtꝰ qui ē caput noſtrum non debuerit tertia die reſurgere ¶ Secundo ſic. Sepatio anime a corꝑe ī chriſto nō fuit facta niſi ꝓpter ſeparationē humane nature. ſed in inſtāti mortis redēptio ſoluto ꝑcio completa eſt. ergo debuit ſtatim reſurgere ⁊ nō differre vſq3 in diem tertiam ¶ Tertio ſic. Dies videt̄ incipe ab ortu ſolis q̄ ſua ꝑn̄tia diem cauſat. ſed ante ſolis ortū chriſtus reſurrexit. Dicitur eniꝫ Joh. xx. ꝙ vna ſabbatoꝝ maria magdalena venit mane cum adhuc tenebre eſſēt ad monumentū. ⁊ tunc chriſtꝰ iam reſurrexerat ⁊ vidit reuolutū lapidē a monumento ergo chriſtꝰ n̄ reſurrexit tertia die ¶ Quarto ſic. Dicitur Math. xij. Sicut ionas fuit in ventre ceti. ſic filius hominis in corde terre tribus diebꝰ ⁊ tribus noctibꝰ. ergo videtur ꝙ nō reſurrexit tertia die. ſed quarta vel q̄nta ¶ Quinto ſic. Nox cōtra dieꝫ diuiditur. Sꝫ dicit gregoriꝰ ī omelia hꝰ diei Chriſtū de nocte reſurrexiſſe ſicut ſamſon de nocte portas gaze tulit. Judic. xvj. ergo videt̄ ꝙ chriſtꝰ nō reſurrexit tertia die ſꝫ ſecunda nocte. ¶ In oppoſitū eſt q̄d in ſymbolo canit̄. Et reſurrexit tertia die. Et matthei. xx. Tradēt eū gentibꝰ ad illudendū ꝛc. ſequit̄. Et tertia die reſurget ¶ Reſpōdeo dicendū ſub iſta ꝯclōne. ꝙ chriſtꝰ ꝯuenienter reſurrexit tertia die. Que ꝯclio ſic oſtēdit̄. Reſurrectio chriſti ſicut dictū eſt ī queſtione ꝑcedenti neceſſaria fuit ad inſtructionē fidei noſtre. Eſt aūt fides noſtra et de diuinitate ⁊ de humanitate chriſti. non eni ſufficit alterū ſine altero credere. ⁊ iō ad h̄ ꝙ ꝯfirmaret̄ fides diuīitatis ipſiꝰ. opoꝛꝫ ꝙ cito ſurgerꝫ ⁊ eiꝰ reſurrectio nō differretur vſq3 ad finē mūdi. Ad h̄ eni ꝙ cōfirmaret̄ fides de v̄itate humanitatis ⁊ mortis eius oportuit morā eē inter mortē ⁊ reſurrectiōꝫ Si eni ſtatim poſt mortē reſurrexiſſꝫ videri poſſet ꝙ eius mors vera nō fuerit. ⁊ ꝑ cōſequens nec reſurrectō vera ¶ Ad veritatem autē mortis chriſti ſufficiebat ꝙ vſq3 ad tertiā diē eius reſurrectio differretur. q̄r non ꝯtingit q̄n infra hoc tempꝰ in homine qui mortuꝰ videt̄ cum viuat appareant aliqua indicia vite. ¶ Oſtēditur etiā ex alijs cōuenientia iſta. Tū q̄a ꝑ hoc ꝙ reſurrexit tertia die cōmendat̄ ꝑfectio ternarij qui eſt numerꝰ omīs rei. vtpote habēs ꝑncipium mediū ⁊ finem. vt dicit̄ ꝑmo de celo et mūdo. Oñditur etiā in hoc ſcdm myſterium. q̄r chriſtꝰ vna ſua morte corporali que fuit lux ꝓpter iuſticiā duas noſtras morteſ deſtruxit. ſ. corꝑis et anime que ſunt tenebroſe propter peccatum. et ideo vna die īntegra ⁊ duabus noctibuſ permanſit in morte. vt dicit Auguſtinꝰ in. iiij. de trinitate. Per h̄ etiam ſignificatur ꝙ per reſurrectionē chriſti tertium tempꝰ incipiebat. Nam ꝑmuꝫ fuit ante ante legem. ſecunduꝫ ſub lege. tertium ſub gratia. Incepit etiam in reſurrectione tertius ſtatus ſanctoꝝ. Nam ꝑmꝰ fuit ſub figuris legis. Secūdꝰ ſub veritate fidei. Tertius erit in eternitate glorie. quā chriſtus reſurgendo incboauit ¶ Ad rationes ī oppoſitū ¶ Ad primā rn̄det̄ negando conſequentiam. Et ratio eſt. quia licet caput et membra conformētur in natura. non tamen in virtute. Excellentior eniꝫ eſt virtus capitis q̄ꝫ membroꝝ. ⁊ iō ad demōſtrandū excellentiā virtutis chriſti conueniens fuit ipſum tertia die reſurgere alioꝝ reſurrectione dilata vſq3 ad finem ſeculi.

¶ Ad ſecundā rn̄det negādo cōſequētiā
Et ratio eſt. qꝛ nō ſolū oportebat ꝙ ꝑ mor-
tem fieret redēptio. ſꝫ ad hoc ꝙ redēptōnis
eius ꝑticipes eſſemꝰ oportuit ꝙ vitas mor
tis eiꝰ nobis oñderet. qđ nō fuiſſet ſi ſtatī
poſt mortē reſurrexiſſꝫ ¶ Ad tertiā rn̄det.
ꝙ dies diuerſis modis accipit. Aliquādo
ꝓ die naturali q̄ cōtinet ſpaciū. xxiiij. horarꝫ
vnde includit diē ⁊ noctē. Aliquādo ꝓ die
artificiali qui eſt latio ſolis ſup terram. Lo
quendo ergo de die artificiali ſic chriſtꝰ fu-
it mortuus vna die integra. ſ. die ſabbati ⁊
duabꝰ noctibꝰ integris. ſ. p̄cedente die ſab-
bati ⁊ ſequēte ⁊ adhuc plus. ſ. ꝑ quandam
ꝑtem ferie ſexte. Sic loquit Auguſtinꝰ ſu
pra. ⁊ glo. Roma. vj. que dicit. Quieuit ī ſe-
pulcro vna die ⁊ duabus noctibꝰ. quia no
ſtram duplicē vetuſtatē ſua ſimpla cōſum
pſit. Si vō loq̄mur de die naturali. ſic acci
piendo ꝑtem ꝓ toto fuit mortuꝰ tribꝰ die-
bus ⁊ tribꝰ noctibus. ſicut dꝛ Mathei. xij
Illa eñ ꝑs diei paſſionis chriſti a nona ⁊ de
inceps cōputat ꝓ vna tota die naturali cu-
ius eſt ꝑs. vnde cōputatur ꝓ vna die artifi
ciali et pro vna nocte. Similiter nox poſt
ſabbatū cōputat ꝓ tota die naturali ſequē
ti. et ſic computat ꝓ vna die ⁊ ꝓ vna nocte
artificiali. q̄bus ſi cōiungat vna dies inte-
gra. ſcꝫ dies ſabbati ⁊ vna nox integra. ſcili
cet nox p̄cedens. inuenit ꝙ chriſtꝰ fuit mor
tuus tribus diebus ⁊ tribꝰ noctibꝰ ¶ Ad
q̄rtā rn̄ſio patet ex dictis. ¶ Ad quintā rn̄
detur ꝙ chriſtus dicit reſurrexiſſe in crepu
ſculo quādo adhuc eſt lux tenebris permi-
xta. ⁊ ideo aliquādo dicit ꝙ reſurrexit ī die.
aliquādo in nocte. dictuꝫ aūt in euāgelio
ꝑūti orto iam ſole. nō eſt ſic accipiendū tan
q̄ꝫ ſol ipe videret ſuper terrā. ſꝫ tanq̄ꝫ eo ꝓ-
ximo veniente in has ꝑtes. vt dicit ſanctus
Thomas

## ¶ Ad tertiam queſtio

nem ī qua querit. Utrū totꝰ ſanguis chri
ſti q̄ in paſſione eiꝰ effuſus eſt ꝓ humana
redemptiōe ad corpꝰ eiꝰ redierit in reſurre
ctione. Et videt ꝙ nō. ¶ Primo ſic. In ali-
q̄bꝰ eccliis ſanguis chriſti dicit adhuc ho-
die conſuari. ergo nō totus ſanguis chriſti
in eius reſurrectione ad corpus rediit. ꝯſe-
quentia videtur nota ¶ Scđo cōfirmādo
arguitur. Si totus redierit. ſequit error in
ecclia. quia in aliq̄bus eccliis in quibus eē
dicit adoratur. qđ eēt error. ſi totꝰ ſanguis
effuſus in eius paſſione in eius reſurrectiō
ne rediiſſet. ergo ⁊c. ¶ Tertiō ſic. Sanguis
chriſti eſt vnus de quattuor humoribus. ſi
ergo ſanguis chriſti effuſus in paſſione to
tus in reſurrectione rediit. pari ratōne alii
humores ex q̄bus cauſatur corruptio ī cor
poribus animaliuꝫ. et tunc ſequeret ꝙ cor-
pus chriſti poſt reſurrectionē fuiſſet corru
ptibile. qđ eſt erroneū. ergo ⁊c. ¶ In oppoſi
tū arguit. Quicquid fuit in chriſto de veri
tate nature aſſumpte rediit ad chriſtū in re
ſurrectione. aliter non fuiſſet ꝑfecta reſurre
ctio ſi non fuiſſꝫ reintegratū quicq̄d ꝑ mor
tem ceciderat. Unde et dñs fidelibus ſuis
promiſit dicens Math. x. Omnes capilli
capitis veſtri numerati ſunt. Et Luce. xxj.
Capillus de capite veſtro nō ꝑibit. ſꝫ totus
ſanguis chriſti qui fuit ī paſſione chriſti ꝑ-
tinebat ad naturaꝫ corporis chriſti. quia ſi
pars fuit đ veritate humane nature ⁊ totū
quia eadē eſt ratio de toto ⁊ de ꝑte. ergo to
tus ſanguis chriſti in paſſiōe effuſus in re-
ſurrectione fuit reaſſumptꝰ. ¶ Rn̄deo di-
cēdū circa hanc queſtionē. ꝙ duo ſunt mo
di dicendi. Quidā volunt dicere ꝙ non eſt
neceſſe dicere ꝙ totus ſanguis chriſti ī paſ-
ſione effuſus ſit reaſſumptus in reſurrecti
one. Unde Franciſcus de maronis ī quo-
dam ſmone ſuo hmōi videtur opinionis.
ad quam fundandam p̄mittit quedā que
non videtur nobis bene dicta. vt oñdamꝰ
per ſingula Primo quidem diſtinguit q̄t
tuor ſeparatiōes. ⁊ dicit ꝙ ſecunda ſepara
tio fuit humanitatis a diuinitate prout hu
manitas dicit aliquid reſultans ex vnione
anime ⁊ corporis. propter hoc dicit ī cruce
clamare chriſtū. Deus deꝰ meꝰ vt q̄d dere
liquiſti me. Math. xxvij. Iſtud in primis
non videt nobis bene dictū ꝙ humanitas
fuerit ſepata a diuinitate. Pro quo notan
dum ꝙ differt ceſſatio vnionis ⁊ ſeparatio

vnitoꝝ. Ceſſat enī vnio aliquoꝝū ꝑ deſitio-
nem alicuꝰ extremoꝝ. ſed ſeparatio nō eſt
niſi eoꝝ que manēt poſtq̄z ſoluta eſt eoꝝū
vnio. Unde forme naturales alie ab aīa
rationali qn̄ fit corruptio cōpoſiti. non di
cunt̄ ſepari a materia. ſed ſola aīa rōnalis
dicit̄ ſeparari q̇a remanet ſoluta vniōe eiꝰ
a corꝑe. Et iō cū ī morte chriſti humanitas
ꝑit dicit aliq̇d reſultās ex vnione aīme et
corporis nō maneat diſſoluta vnione ani-
me ⁊ corꝑis ſed deſinat eſſe. nō eſt ꝓprie di
cenda ſepari a diuinitate. ¶ Preterea ꝙ dicit
ꝙ de tali ſeꝑatione loquat̄ illud euāgeliuꝫ.
Math. xxvij. Deus deꝰ meus q̄re me de-
reliquiſti. nō dicit verū. quoniā auguſtinꝰ
⁊ magiſter ſn̄iaꝝ. ſanctꝰ Thomas ⁊ magi-
ſter Alexander de halis. et Nicolaꝰ d̓ lyra.
omnes exponūt de ſubtractōe ꝓtectionis
Dicit̄ enī chriſtus derelictꝰ. q꞉ expoſitꝰ ma
nibus impioꝝ. nō aūt dictū eſt rōne ſeꝑati
onis facte. Patet hoc quia vt volunt tam
magiſter ſententiaꝝ q̄z Alexander de halis
hec v̓ba dixit chriſtꝰ adhuc viuēs in cruce.

¶ Preterea dicit ideꝫ franciſcꝰ. ꝙ quarta
ſeꝑatio fuit ſanguinis a diuinitate. quia vt
inquit ꝑ ſigno. Non enī poſſumꝰ dicere ꝙ
chriſtꝰ remāſit effuſus in triduo illo ſuꝑ ter
ram ꝓpter ſanguinē ibi exiſtentē. Hoc etiā
non videt̄ bn̄ dictū. Tū ꝑmo quia ipſe chri
ſtus ait ꝑ ꝓpham. ps. xxj. Ego aūt ſicut aq̄
effuſus ſum ⁊ diſperſa ſunt om̄ia oſſa mea
q̇d glo. q̄ eſt auguſtini exponit de chriſto.
Sic ergo rōe corꝑis d̓r iacuiſſe in ſepulcro
ita et modo rōe ſanguinis effuſi de eo po
terat dici effuſus ſuꝑ terrā. Tū ſecundo q̇a
nō ſtat illud q̇d timuit Franciſcus ſeq̇. q꞉ n̄
oportet ꝙ omne q̇d ꝑdicat̄ de eo q̇d eſt vni
tum v̓bo. ꝑdicet̄ de v̓bo omnibus modis
Unde licet aīa ſꝑ manſerit vnita v̓bo. non
dicit̄ ꝙ verbū ſit aīa aut ſit forma corporis
aut ꝙ fuiſſet ſeꝑata a corꝑe ſic erat aīa. aut
ꝙ eſſet corpus ⁊ ſeꝑatū ab aīa. et ita licꝫ ſan
guis eēt vnitus diuinitati. nō ſequit̄ ꝙ diui
nitas eſſet ſanguis aut ꝙ fuiſſet effuſa ſuꝑ
terrā. ſed bene ſequit̄ ꝙ erat habēs ſangn̄eꝫ
effuſum ſuꝑ terrā. Q꞉ aūt ſanguis chriſti
q̇ in paſſione chriſti fuit effuſus ſꝑ māſit di
uinitati vnitus. infra oſ̄demꝰ. ¶ Secūdꝰ
modꝰ dicēdi eſt. ꝙ totꝰ ſanguis chriſti ī eiꝰ
paſſione ꝑ redēptione humani generis ef
fuſus. fuerit in reſurrectione reaſſumptus
Iſte modꝰ dicendi ē beati thome tā ī tertia
ꝑte. q. liiij. ⁊ q̇tlibeto. v. ar. v. vbi ad h̓ ꝓbādū
triplici rōne vtit̄. quaꝝ vna accipit̄ ex etate
chriſti patiētis. Paſſus eſt enī in perfectiſ
ſima etate in q̄ maxime ea q̄ in hoīe inueni
untur ad v̓itatē humane nature ꝑtinere vi
dent̄ ad maximā ꝑfectionē adducta. q̇a ni
hil ſuꝑfluū ꝯtinere ſꝫ om̄ia eē d̓ integritate
nature. ¶ Scd̓a rō ſumit̄ ex merito paſſio
nis chriſti. Si enī ſanctoꝝ martyꝝ ille ꝑtes
in q̇bus ꝑ chriſto paſſionē ſuſtinuerūt q̄n
dam ꝑuilegiatū fulgorē habebunt. vt dicit
Auguſtinꝰ d̓ ciui. dei. ij. libro. multo ꝑfecti
us ſanguis chriſti quē ꝓpter ſalutē huma
ni generis effudit ad gl̓ioſam reſurrectiōꝫ
totꝰ reparatꝰ eſt. ¶ Tertia rō pōt ſumi ex
ip̄a v̓tute paſſionis chriſti. Sanguis eī in
paſſione effuſus humanuꝫ genꝰ ſanctifica
uit. ſm̄ illud ad Heb. vlt̄. Jeſus vt ſanctifi
caret ꝑ ſanguinē ſuū ꝓplm̄ extra portaꝫ paſ
ſus eſt. humanitas aūt chriſti ſalutiferam
habuit v̓tutē ex v̓tute v̓bi ſibi vniti. vt dicit
Damaſ. iij. lib. Un̄ manifeſtū ē ꝙ ſanguis
in paſſione effuſus q̄ maxime fuit ſalubris
fuit diuinitati vnitꝰ. ⁊ iō oportuit vt ī reſur
rectione iūgeret̄ alijs humanitatis ꝑtibus
Hec oīa ſanctꝰ Thomas. ¶ Itē quarto iu
xta eiuſdē ſn̄iam poteſt eadē ꝯcl̓o ſic ꝓbari
Reſurrectio noſtra conformis eſt reſurre
ctioni chriſti. ſm̄ illud Phil. iij. Reforma
bit corpꝰ humilitatis noſtre cōfiguratum
corꝑi claritatis ſue. ſed ad corpꝰ noſtrū ī re
ſurrectiōe redibit totū q̇d fuit de v̓itate hu
mane nature. ergo ſanguis chriſti effuſus
cuꝫ fuerit de integritate hūane nature in re
ſurrectiōe eiꝰ ad corpꝰ redijt. Nec videtur
ſuſtinendū ꝙ chriſti ſanguis ī paſſiōe effu
ſus ꝑ redēptiōe humani generis nō fuerit
de v̓itate humane nature in chriſto. Tum
q꞉ ex h̓ ſequeret̄. ꝙ chriſtꝰ dederit in ꝑciū
redēptionis humani generis id q̇d nō fuit
de v̓itate humane nature aſſūpte ſꝫ alienū.
⁊ ita ip̄e nō fuiſſet ꝑciū noſtre redēptionis

cum nihil de ſuo dederit. q̊d eſt abſurdum
cũ ↄtradicat illi q̊d beat⁹ petr⁹ inq̇t .j. Pet.
p̄mo. Redempti eſtis p̄cioſo ſanguīe agni
incõtaminati ⁊ imaculati ieſu chriſti Pla
ne ſi ſãguis effuſus in paſſiõe p redēptiõe
humani generis non ptinebat ad veritatē
hũane nature ei⁹. nõ diceret ſanguis agni
incõtaminati. nec dict⁹ fuiſſ; p̄cioſus. Pre
terea ꝙ taliter dicētes male dicere videātur
Pro quo notandũ ꝙ aliq̇d d̉r de veritate
humane nature dupliciter. Uno modo id
q̊d formã humanã actu pticipat. ſicut caro
et oſſa. Alio modo d̉r de veritate humane
nature id ſine q̊ natura remanere ⁊ durare
⁊ ſeruari nõ poſſet ſicut ſanguis. Uñ d̉ ſan
guine d̉r Leuit. xvij. Aĩa .i. vita carnis ĩ ſan
guĩe ē. vbi glo. Nicolai de lyra dicit. Uita
in ſanguine p̄ncipaliter cõſiſtit. Uñ a phi
loſophis ⁊ medicis d̉r ſanguis ſedes aĩme
Q̊d ſanct⁹ Thomas in .iiij. diſ. xj. dicit ꝙ po
teſt intelligi. vno modo ꝙ ſedes aĩme dicat̃
cõſeruatio vite que eſt p ſanguinem. Alio
modo q̇a ſanguis eſt potẽtia totuʒ. quia p
actũ nutritiue v̓tutis in mẽbra ↄuertit̃ Ter
tio q̇a p ſanguinẽ in corde generatũ vitalis
opatio in omnia mẽbra diffundit̃. vt phus
dicit in libro de animalib⁹. hec ille. Ex q̇b⁹
manifeſte patet ꝙ negãtes ſimplr̃ ſang̃neʒ
nõ ptinere ad v̓itatẽ humane nature. maxi
me in chriſto nõ bñ dicunt. ſʒ errãt. Itẽ hũc
modũ dicendi ſancti thome. ſ. ꝙ totus ſan-
guis chriſti effuſus in ſua paſſione ĩ reſur-
rectione ſua fuerit reaſſumptus ſequit̃ ma
giſter Johes de poliaco .iiij. q̇tlibeto ſuo.
vbi oñdit ꝙ hora paſſionis nõ erat in chri-
ſto aliq̇s ſanguis ſupfluus. ⁊ ſic totus ſan-
guis quẽ tũc habuit ad veritatẽ ⁊ pfectiõʒ
humane nature ptinebat. ⁊ pↄſequẽs tot⁹
q̊ effuſus eſt in paſſione. ĩ reſurrectione fu
it reaſſumpt⁹. ¶ Hũc aũt modũ dicẽdi p-
ſequẽtes ponem⁹ duas ↄcluſiões. Prima
eſt ꝙ ſanguis effuſus ĩ paſſione p redẽptõ-
ne generis humani. nõ fuit ſepatus a diui
nitate. Iſta ↄcluſio q̊ videt̃ eſſe fundamẽtũ
hui⁹ materie pbat̃ multipliciẽ. vt pbauim⁹
corã papa Pio cũ fuit iſta materia diſpu-
tata corã ſanctitate ei⁹ ⁊ dñis cardinalibus

¶ Primo ſic. Ex illo Matth. xxvj. Hoc ē
corp⁹ meuʒ q̊d p vobis tradet̃. ⁊ hic eſt ſan-
guis q̊ p vobis effundet̃. Ex q̇b⁹ v̓bis chri-
ſti eadẽ videt̃ eſſe vnitas int̃ ſanguinẽ effu-
ſum ⁊ ſanguinẽ viuũ. q̄ fuit inter corp⁹ vi-
uum chriſti ⁊ corp⁹ mortuuʒ. ſʒ corp⁹ mor
tuũ ⁊ corp⁹ viuũ chriſti fuit vnũ ⁊ ideʒ vni
tate ſuppoſiti. ergo ſanguis effuſ⁹ ⁊ ſãguis
viu⁹ chriſti fuit vn⁹ vnitate ſuppoſiti. q̊d ñ
eēt ſi ſanguis effuſus in paſſione fuiſſʒ a di-
uinitate ſepatus. ↄſequẽtia eſt bona. et añ-
cedens p vtraq; pte. alias dabit̃ ꝙ ſanguis
effuſus eēt alius ſuppoſitaliter q̊ʒ ſanguis
viu⁹ chriſti. q̊d nõ videt̃ cõuenientẽr dictuʒ.
¶ Secũdo ſic Sanguis chriſti effuſus in
paſſione fuit p̄cium ſufficiẽs redemptiõis
humane nature. ergo nõ fuit a diuinitate
diuiſus. ↄſequẽtia eſt bona. añcedẽs patet
ex illo .j. Co. vj. Empti ei eſtis p̄cio magno.
quia ſufficiẽti. ſʒ ſufficiẽs p̄ciũ redẽptionis
nõ potuit eſſe aliqua v̓tute creata. vñ neceſ
ſe eſt ꝙ v̓tute diuia. Uñ ex hac rõe ſumitur
hec neceſſitas incarnatiõis. Uñ ſanct⁹ tho
mas ſup illud pauli .j. Cor. vj. Empti eſtis
p̄cio magno. dicit: Dicit̃ aũt p̄ciũ redẽptio
nis magnũ. q̇a nõ eſt corruptibile. ſed eter-
nam habẽs v̓tutẽ. cũ ſit ſanguis dei eterni
¶ Tertio. Sanguis effuſus fuit incorru-
ptibilis. Patet tũ ex illo p̄s. Que vtilitas ĩ
ſanguine meo cũ deſcẽdero ĩ corruptioneʒ
Tũ ex illo .j. Pet. j. Nõ corruptibilibus au
ro ⁊ argẽto redempti eſtis ſʒ p̄cioſo ſangui
ne ⁊c. ſʒ iſta incorruptio non inerat ei ex na
turali v̓tute. ergo neceſſe erat ex v̓tute diui
nitatis ſibi vnite. Unde ſanctus Thomas
ſup illud Pauli .j. Cor. vj. prime inductuʒ
dicit. ꝙ ſanguis eſt incorruptibil̓ eternam
habẽs virtutẽ ⁊c. ¶ Quarto. Sãguis chri
ſti q̊ dat̃ nob ſumẽdus ſub ſacramento eſt
idẽ ſanguis q̊ effuſus eſt a corpe chriſti ĩ re
miſſionẽ peccatorum. ſʒ iſte eſt vnit⁹ diuĩtati.
ergo ⁊c. ¶ Quinto. Actio ⁊ opatio argu-
unt v̓tutẽ ĩ opante. ſʒ ſanguis chriſti opat⁹
eſt remiſſionẽ pctõrum. Apoc. j. Dilexit nos
⁊ lauit nos in ſanguine Itẽ lotionẽ culparum
apertionẽ regni celeſtis. vt teſtat̃ aplus ad
Heb. ix. ergo neceſſe ē dicere ꝙ fuit diuĩtati

vnitus.cōſequentia eſt bona. qꝛ cum tales
opationes ſint ſupnaturales et diuine.ne-
ceſſe arguunt in opante vͥtutē diuīitatis. er
go ſanguis ipē ſemp fuit diuinitati vnitus
Unde ſanctꝰ Thomas ſup illud apoſtoli
ad Heb.ix. Chriſtus aſſiſtēs pontifex p pro
prium ſanguinē introiuit ſemel in ſctā eter
na redemptōne inuenta.dicit ſic. Per iſtū
ſanguinē redempti ſumus ꝛ hoc in perpe-
tuū.quia vͥtus eius eſt infinita. Item nico-
laꝰ de lyra dicit ſic. Sanguis chriſti ex vni
one ad ſuppoſitū diuinū cōtrahit quandā
infinitateꝫ virtutis. Hec ille. ¶ Sexto ſic.
Nullus ſapiēs medicus ſubtrahit a medi
cina ſuā virtutē qua debet ſanare vulnus
cui eſt applicanda. Ꝺ patet. ſed verbū dei eſt
ſapientiſſimꝰ medicus et ſanguinē ſuuꝫ or
dinauit effundendū in medelā humani ge
neris egrotātis. Dicit enī Auguſtinꝰ in li
bro ꝯtra q̄nqꝫ ꝯtraria hoſtiū. Fuſus eſt ſan
guis medici ꝛ factū eſt medicamentuꝫ fre
netici. Sed virtus medicine eſt ipa diuini
tas.ergo nullo modo eſt dicendū ꝙ vͥbum
dei ſepauerit diuinitatē ſuā a ſanguīe quē
effudit in medicamentū humani generis.
¶ Septimo. Paruifacere dignitateꝫ ſan
guinis chriſti effuſi in paſſione chriſti p re
demptiōe noſtra eſt derogare pietati fidei
chriſtiane.cū beatꝰ petrus vocat eū p̄cioſū
ꝛ paulus magnū p̄cium.ſed ſanguinem ef
fuſum in paſſione chriſti p redemptiōe hu
mani generis dicere ſeparatū eē a diuinita
te eſt puifacere dignitatē eius.vt patet.q̄a
eius dignitas attendit̄ ex vnione ad diuini
tatem.ſicut ſepare lapidē p̄cioſum ab anu
lo eſt minuere p̄cioſitatē ꝛ valorē anuli. er
go nullo modo eſt audendū dicere chriſti
ſanguinē in paſſione effuſum p redemptō
ne humani generis fuiſſe a diuinitate ſepa
ratum. ¶ Octauo ſic. Dicit Damaſcenus
Anathema ſit q̄ dicit verbū depoſuiſſe q̄d
ſemel aſſumpſit. q̄d intelligēdū eſt de eo q̄d
ad vnitatē ſuppoſitalem eſt aſſumptū vt di
ctum eſt.ſed ſanguis chriſti in paſſiōe effu-
ſus.cum ptineat ad integritatem humane
nature.fuit ſimul vnitꝰ diuinitati chriſti.er
go nunq̄ꝫ fuit ab eo ſepatus. ¶ Nono ſic.

Deus nihil agit fruſtra minus q̄ꝫ natura.
quia cum ſapientie ditiſſimus ſit. omnia
diſponit cum ratione.ſed nulla ratio ſuffi-
ciens poteſt aſſignari. ꝙ ſanguis effuſus in
remiſſionē peccatoꝝ derelinquat̄ a diuita
te.nec aliqua vtilitas. ſꝫ p iſta pte ſunt rati-
ones.eſt autoritas.eſt vtilitas publica. ſ. re-
demptio humani generis.ergo ꝛc. ¶ Deci
mo ſic. Nullū ſuppoſitū eſt aſſumptibile a
verbo dei.ſed ſi ſanguis chriſti fuiſſet a di-
uinitate ſepatus eēt ſuppoſitū p ſe ſubſiſtēs
ergo nullo modo fuiſſꝫ reaſſumptus. q̄d ē
hereticū. ¶ Scdā ꝯclio que ſequit̄ ex prece
denti eſt. ꝙ totus ſanguis chriſti effuſus i
paſſione p redemptione humani generis.
reaſſumptus fuit in reſurrectione eiꝰ. Iſta
ꝯclio vt diximus eſt ſancti Thome tam in
tertia pte q̄ꝫ in q̄tlibeto. Et ſup pbata ē rō-
nibus eius quattuor. Nunc autē pbat̄ ſic
breuiter. Primo vt parū ante. Nulluꝫ ſup
poſituꝫ eſt aſſumptibile a verbo dei. vt pꝫ.
ſed ſi ſanguis effuſus in paſſione p quacū
q̄ꝫ pte ſepatꝰ eēt a diuinitate. eēt ſuppoſituꝫ
p ſe exiſtens.ergo talis nullo modo reaſſu-
meretur in reſurrectōne. quod eſt hereticū
¶ Secundo ſic. Si ſanguis chriſti effuſꝰ
in paſſione p redemptione humani gene-
ris p parte aliqua nō reaſſumeret̄ in reſur
rectione ſed remaneret in terris. querit̄ q̄d
erit de eo in fine ſeculi. non eſt dicendum ꝙ
corrumpat̄. nec ꝙ tunc reaſſumatur. quia
reſurrectio chriſti non iterabitur. ergo ſeq̄t̄
ꝙ totus ſanguis in paſſione effuſus p redē
ptione humani generis fuit reaſſumptus
in reſurrectione. ¶ Nunc eſt dicenduꝫ ad
rationes in oppoſitum. ¶ Ad primam rn̄
detur negando ꝯſequētiam. quia ſanguis
ille qui in aliq̄bus eccliīs dicit̄ reſuari. nō
fuit qui fluxit de latere chriſti. ſed qui mira
culoſe dicit̄ effluxiſſe de quadam imagine
chriſti pcuſſa. vt dicit ſanctus Thomas in
tertia parte. Uel q̄ dicit̄ effluxiſſe d̄ hoſtia
cōſecrata pcuſſa a quodam iudeo. vt dicit
Johānes de poliaco. vbi ſupra ¶ Ad ſecū
dam que eſt confirmatio. rn̄det̄ etiā negan
do ꝯſequentiā. Et rō eſt. q̄a fortaſſis q̄ talē
ſanguinē adorāt nec credūt ꝙ ille effluxiſſꝫ

de latere chriſti. ſʒ emanaſſet aliū de ſicut di
ctum eſt. Ūn̄ Johēs de poliaco rn̄dens p̄
dicto argumēto. dicit ſic. ꝙ ſi illi apud q̄s ē
talis ſanguis aſſererēt ꝙ fluxiſſet de corꝑe
dn̄i. male facerēt. cū oppoſitū vt dixi ꝓbabi
lius ſit. ſed ſi oſtendāt adorandū. nō videt̄
ꝑiculum. quia ille ſanguis vel d̄r effluxiſſe
ex quadā imagine chriſti ꝑcuſſa ī ꝯtumeli
am chriſti. vel fluxiſſe de quadā hoſtia con
ſecrata ⁊ puncta in chriſti ꝯtumeliā. ſicut
accidit in vico iudeoꝝ pariſiꝰ. ſi ergo fluxe
rit de corꝑe chriſti pōt ⁊ debet adorari ado
ratione latrie ſicut ſacratiſſima reliq̄a chri
ſti. ſi fluxit de imagine chriſti. aut hoſtia cō
ſecrata. q̄a talis fluxus omnino fuit mira
culoſus. repn̄tans chriſti paſſionē. et ip̄m
chriſtū paſſum. iō etiā debʒ adorari adora
tione latrie. nō ꝓpter ſe ſed ꝓpter chriſtum
paſſum. ⁊ eius paſſionē quā repn̄tat. ſicut
etiā chriſti imago. Et iō ſiue fluxerit de cor
pore chriſti ſiue nō. nō eſt error niſi aſſerat̄
ꝙ de corꝑe chriſti fluxerit. q̄d vt puto non
faciūt. Hec Johēs de poliaco ¶ Ad tertiā
rn̄det̄. ꝙ etiā alij humores reſurgēt ſʒ abla
tis qualitatibus eoꝝ. Ūn̄ Aug̃. Ualet eni
diuina potētia de iſta viſibili atqʒ tractabi
li natura corpoꝝ q̄bus ſđā manentibus au
ferre quas voluerit q̄litates vt abſit labes
ſcʒ corruptionis. abſit effigies. abſit motio
abſit fatigatio. abſit veſcēdi poteſtas. abſit
eſuriēdi neceſſitas. Et h̄ de iſta queſtiōe ꝓ
nūc ¶ Conferant aūt totū q̄d dictū eſt ad
id q̄d legit̄ in directorio inquiſitionis ꝙ cle
mens ſextꝰ informatꝰ ꝑ fratrē nicolauʒ ro
ſelli ordinis p̄dicatoꝝ inquiſitoreʒ heretice
prauitatis in ꝑtibus aroganie ⁊ catalonie
ꝙ in catalonia in ciuitate barchinonen̄. pu
blice p̄dicabat̄ ꝙ in ſanguīe chriſti aſperſo
in paraſceue nō remāſit diuinitas. nec ſan
guis ille erat deificatꝰ habito ſolēni ꝯſilio
magiſtroꝝ ⁊ alioꝝ. mādauit ꝑ ſuas paten
tes lr̄ās dicto inq̄ſitori quatinꝰ dictuʒ arti
culū vt hereticalē ⁊ erroneū faceret publice
reuocari atqʒ ſolēniter ꝯdēnari. ⁊ ſic ip̄e in
quiſitor fecit ī ecc̄ia cathedrali publice bar
chinonēſi dictū articulū velut hereticalem
ꝯdēnari. h̄ in directorio inq̄ſitiōis.

¶ In die lune legitur
euangeliū. In illo tp̄e. Duo ex diſcipul' ⁊c.
Luc̄. xxiiij. Circa q̄d pn̄t diſputari ſequētes
queſtiones. ¶ Prima Utrū cōueniēs fu
it vt chriſtꝰ in alia effigie diſcipul' appareret.
¶ Secunda. vtrum ꝯueniēs fuit ꝙ chriſtꝰ
veritatē reſurrectiōis ſue argumētis ꝓba
uerit ¶ Tertia. vtrum argumēta q̄ chriſtꝰ
induxit ſufficiēter manifeſtauerint reſurre
ctiōis eiꝰ v̓itatē

Ad primā queſti
onem ſic ꝓceditur. Et videt̄ ꝙ chri
ſtus nō debuit in alia effigie diſci
pulis apparere ¶ Primo ſic. Nō pōt appa
rere aliq̄d ſm̄ v̓itatē niſi q̄d eſt. ſed ī chriſto
nō fuit niſi vna effigies. ſi ergo in alia appa
ruit nō fuit apparitio v̓a ſed ficta. ſed h̄ eſt ī
cōueniens chriſto. q̄a vt dicit Augꝰ libro
lxxxiij. q. Si fallit veritas nō eſt. Eſt autem
chriſtꝰ v̓itas. ergo nō debuit in alia effigie
apparere ¶ Secundo ſic. Nihil pōt in alia
effigie apparere q̄ʒ habeat niſi oculi intu
entiū aliq̄bus p̄ſtigijs detineant̄. ſed hmōi
p̄ſtigia cū fiāt magicis artibꝰ n̄ ꝯueniebāt
chriſto. ſm̄ illud. ij. Coꝝ. vj. Que ꝯueniētia
chriſti ad belial. ergo videt̄ ꝙ nō fuit conue
niens ꝙ in alia effigie chriſtꝰ appareret.
¶ Tertio Sicut dicit Augꝰ in ep̄la ad hie
ronymū. ſi vel vnū mendaciū in ſacra ſcri
ptura īueniat̄. infirmabit̄ tota ſacre ſcriptu
re autoritas. ergo ſil'r ſi vel in vna apparitiō
ne chriſtꝰ diſcipulis apparuit aliter q̄ʒ eēt. ī
firmabit̄ quidq̄d pꝰ reſurrectionē viderūt
in chriſto. q̄d eſt incōueniens. non ergo de
buit in alia effigie apparere ¶ In oppoſitū
eſt euāgeliū. Dicit̄ enī Marc̄. vlt. Poſt h̄
duobꝰ ex eis ambulantibꝰ oſtēſus eſt ī alia
effigie euntibꝰ in villā ¶ Rn̄deo dicendū
ſub iſta ꝯclione. ꝙ ꝯueniēs fuit vt chriſtus
in alia effigie appareret diſcipulis ſuis poſt
reſurrectionē ſuā eius reſurrectionē n̄ cre
dentibus. Que ꝯclio ꝓbat̄ ſic. Reſurrectiō
chriſti manifeſtāda fuit hominibus ꝑ mo
dum quo eis diuina reuelātur Innoteſcūt
aūt diuina hominibꝰ ſm̄ q̄d diuerſimode

ſunt affecti. Nam illi qui habent mentem
bene diſpoſitā ſm veritatē diuina ꝑcipiūt.
Illi aūt qui habent mentē nō bene diſpoſi
tam diuina ꝑcipiūt cū quadā ꝯfuſione du
bietatis vel erroris. Animalis enī hō non
ꝑcipit ea q̄ ſunt ſpūs dei. vt dr̄. j. Cor. ij. Et
ideo chriſtꝰ q̄buſdā ad credendū diſpoſitiſ
poſt reſurrectionē apparuit in ſua effigie.
illis aūt in alia effigie apparuit qui iā circa
fidem videbanť tepeſcere. vñ dicebāt. Noſ
ſperabamꝰ q̄a ipē eēt redempturus iſrael.
Vñ Gregoriꝰ dicit ī omelia. q̄ talē ſe eis ex
hibuit in corpe qualis apud illos erat ī mē
te. q̄a enī adhuc in eoꝝ cordibꝰ peregrinuſ
erat in fide. ire ſe longius finxit ac ſi eſſet pe
regrinus. ¶ Ad rationes in oppoſitum.
¶ Ad pⁱma reſpondeť. negando ꝯſequētiā
Et ratio eſt. q̄a ſicut dicit Augꝰ in libro de
ꝯcordia euāgeliſtaꝝ. nō omne q̄d fingimꝰ
mendaciū eſt. ſ; q̄n id fingimus q̄d nihil ſi
gnificat tūc eſt mendaciū. cū autē fictio no
ſtra referť ad aliquā ſignificationē. non eſt
mendaciū. ſed aliqua figura v̓itatis. alias
oīa que a ſapiētibus ⁊ ſanctis viris. vel eti
am ab ipo dn̄o figurate dicta ſunt menda
cia reputabunť. q̄a ſm vſitatū intellectum
nō ꝯſiſtit v̓itas in talibus dictis. ſicut autē
dicta. ita etiā fingunť facta ſine mendacio
ad aliquā rem ſignificandā. et ita factū eſt
hic. vt dictū eſt. ¶ Ad ſecūdā rn̄deť iuxta
Auguſtinū ⁊ habeť in gloſa ordinaria. q̄ n̄
incōgruenter dr̄ hoc impedimentū ī ocul'
a ſathana fuiſſe ne agnoſcereť ieſus. Vñ ī
euangelio pn̄ti dr̄ q̄ oculi eoꝝ tenebanť ne
eum agnoſcerēt. Et illa detētio vocať auri
ſia. de qua in glo. Gen̄. xix. In ſcripto v̓o ter
tio dicit ſanctꝰ Thomas ſic. q̄ poteſt dici q̄
q̄uis viſui diſcipuloꝝ repn̄tareť ꝓpria ſpe
cies in qua ſoliti erāt videre chriſtū. tamē
diuina v̓tute impediebanť vires īteriores
ne ſeq̄renť iudiciū de ꝑſona illa q̄ eſſet vt ſic
ea que exteriꝰ agebanť ꝯformarenť his q̄ ī
terius ꝯiungebāt in ipis. vt pn̄tem haberēt
⁊ nō cognoſcerēt. q̄a amabāt ſ; dubitabāt.
vt dicit Grego. ¶ Ad tertiā reſpōdetur. q̄
rō illa ſequereť. vt dicit ſanctꝰ Thomas in
tertia pte. ſi aliene effigiei ſpecie nō fuiſſent
reducti ad vere videndū chriſti effigiem. ſi
cut enī Auguſtinꝰ ibidē dicit. tamē a chri
ſto facta eſt ꝑmiſſio. ſ; vt p̄dicto mō oculi
eorū tenerenť vſq; ad ſacramētū panis. vt
vnitate corporis eius ꝑticipata remoueri in
telligať impedimentū inimici vt chriſtus
poſſit agnoſci. Vñ ibidē ſubdiť q̄ apti ſunt
oculi eoꝝ ⁊ cognouerūt eū. nō q̄ añ clauſiſ
ocul' ambularēt. ſ; inerat aliq̄d q̄ nō ſinerē
tur agnoſcere q̄d videbāt. q̄d. ſ. caligo ⁊ ali
quis humor ſolet efficere

## Ad ſecūdam queſtio

nē ſic ꝓcediť. Et videť q̄ nō fuerit ꝯueniēs
chriſtū argumentis reſurrectionē ſuā ꝓba
re ¶ Primo ſic. Dicit enī Ambroſiꝰ. Tol
le argumēta vbi fides queriť. ſed de reſurre
ctione queriť fides. ergo argumenta ad re
ſurrectionē ꝓbandā fieri non debuerunt.
¶ Secundo ſic. Gregoriꝰ dicit. Fides nō
habet meritū cui humana ratio p̄bet expe
rimentum. ſed ad chriſtū nō ꝑtinebat meri
tum fidei euacuare. ergo ad eū non ꝑtine
bat reſurrectionē ꝑ argumenta ꝯfirmare
¶ Tertio ſic. Aut illa argumēta fuerūt ſuf
ficientia ad ꝓbandū reſurrectionē aut non
ſi nō hoc videť ad imꝑfectionē argumēta
inducētis redundare. ſi fuerūt ſufficientia.
⁊ argumentū ſufficiēs facit ſciam vel agni
tionem q̄ nō ſtat ſimul cū fide que eſt d̓ nō
apparentibꝰ. ergo videtur q̄ argumēta illa
euacuauerūt fidē ⁊ abſtulerūt meritū eiuſ
¶ Quarto ſic. Sicut eſt fides d̓ reſurrecti
one. ita d̓ alijs articulis. ſed ad alios articu
los nō induxit aliq̄ argumenta probatiua
ergo nec ad reſurrectōnē inducere debuit
¶ In oppoſitū eſt illud Actu. j. q̄ apparuit
diſcipulis ieſus ꝑ dies quadraginta ī mul
tis argumētis ⁊ loquēs de regno dei. Re
ſpondeo notādū. q̄ argumentū dupliciter
dicitur. Quādoq; enī dicit argumentum
quecūq; ratio rei dubie faciēs fidem. Qñ
q; autē diciť argumentū aliq̄d ſignū ſenſi
bile q̄d inducit ad alicuꝰ veritatis manife
lucis eſt. id eſt. opa fructifera ⁊ clara. Ecc̃i.
xxiiij. Flores mei fructus honoris et hone
ſtatis. Ubi aduertendũ q̄ quia omnis vir
tus ad tria reducit̃. Nam oportet q̄ agẽs
ordinetur in ſe. ad proximũ ⁊ ad deũ. In ſe
vt ſit bonus in ſeipſo. ⁊ propter hoc dic̃. In
omni bonitate. Itẽ ad proximũ p iuſticiã
ideo dicit. In ſumma iuſticia. pſ. Feci iudi
cium ⁊ iuſticiã. Item ad deũ p cognitionẽ
⁊ confeſſionẽ veritatis. Et ideo dicit. Et ve
ritate. Quantũ ad ſecundũ ſcz intentionẽ
faciẽtis. ſubdit. Probantes q̄d ſit benepla
citum deo. id eſt. vt intendas facere quod
placet d̃o. Roma. xij. Probetis que ſit vo
luntas dei bona ⁊ beneplacens et perfecta
A fructibꝰ ergo lucis. que ſunt opa fructi
fera et clara. in omni bonitate. iuſticia ⁊ ve
ritate. cũ intentione faciendi quod deo pla
cet cognoſcũtur veri pphete. veri doctores
catholice veritatis. ⁊ a contrarijs fructibꝰ
cognoſcũtur falſi prophete. errorum magi
ſtri. vł doctores heretice prauitatis Ex his
que dicta ſunt patz rñſio ad obiecta. q̄nia
ex illis ſimpliciter ñ bene diſcernũtur ſicut
arguitur

¶ Ad tertiam queſtio
nem ſic pcedit̃. Et videt̃ q̄ ſimpliciter ex vo
luntate actio iudicanda ſit bona vel mala.
¶ Primo ſic. Ex pſenti euangelio vbi dicit̃.
Non poteſt arbor mala bonos fructus fa
cere. nec arbor bona fructꝰ malos. ſz volun
tas bona cõparatur bone arbori. mala au
tem male. cum ergo fructus volũtatis ſint
actus exteriores. videt̃ q̄ ex bonitate vł ma
licia volũtatis ſimpliciter exteriores actuſ
dicendi ſunt boni vel mali ¶ Secundo ſic
In tertio methaphiſice dicit phs. q̄ rõ bo
ni a fine ſumit̃. ſed actus volũtatis habz or
dinem ad finẽ mediante volũtate cuiꝰ ob
iectũ eſt finiſ. ergo ſm bonitatẽ vel maliciã
volũtatis dicẽdꝰ eſt actꝰ exterior bonꝰ vel
malus ¶ Tertio. Dicit Auguſtinus. Vo
luntas eſt qua peccat̃ ⁊ recte viuitur. ſz ſm
q̄ ea peccat̃ eſt mala. ſm vero q̄ ea recte vi
uitur eſt bona. ergo actꝰ ipſi exteriores de
bent iudicari boni vel mali. ſm bonitatem
vel maliciã volũtatis ¶ In oppoſitum ſic.
Dicit phs. ij. ethicoꝝ. q̄ quedã ſunt que bñ
fieri nõ poſſunt. quia cum ſint extrema. in
eis nõ eſt mediũ accipe. cõuenit autẽ in ta
lia opa progredi pp̄ter voluntatẽ alicuiuſ
finis boni. ergo nõ eſt iudicãdus actus ex
terior bonus propter bonitatẽ voluntatiſ
¶ Rñdeo dicendũ. q̄ voluntas poteſt du
pliciter cõſiderari. vel ſm q̄ intendẽs put ĩ
vltimũ finem fert̃. vel ſm q̄ eſt eligens. put
fertur in obiectũ p̄ximũ. quod in finem vl
timũ ordinat̃. Si cõſideret̃ p̄mo modo. ſic
eſt cõcluſio p̄ma. q̄ malicia voluntatis ſuf
ficit ad hoc q̄ actꝰ malꝰ eſſe dicat̃. q2 quod
malo fine agit̃ malũ eſt ¶ Secũda ꝯcluſio
Bonitas volũtatis intẽdentis nõ ſufficit
ad bonitatẽ actus. q̄a actus põt eẽ d̃ ſe ma
lus q̄ nullo modo poteſt bene fieri. Si aũt
cõſideret̃ volũtas ſm q̄ eſt eligens. ſic ẽ ter
tia cõcluſio. Q2 vniuerſaliter verũ eſt q̄ a
bonitate volũtatis dicit̃ actus bonus et a
malicia malꝰ. Sed notandũ q̄ ad bonita
tem ꝯſilij q̄d electionẽ p̄cedit. vt in. vij. ethi
corum d̃r. tria exigunt̃. Unũ ſcz q̄ cõſilians
p̄ſtituat ſibi finem debitũ. quia ſi aliq̄s ad

malū finē cōſequendū multas efficaces vi
as inueniat. nō dicit bonꝰ ꝯſiliator. ¶ Se
cundo ꝙ ad bonū finē ꝯſequendū adinue
niat bonū opꝰ ꝑ qd̓ finē cōſequat̄. Unde ſi
q̇s bonū finē intēdat cōſequi ꝑ malā actio
nem. nō eſt bonꝰ ꝯſiliator. quia ſortit̄ fineʒ
incōuenienti medio. eo ꝙ illud qd̓ ad fineʒ
ordinat̄. nō eſt ꝓporcionatū fini illi. ſicut ſi
aliq̇s verā cōcluſionē ꝑ mediū impꝛtinens
concluderet. Tertō requirit̄ vt adinueniat
vtrūqʒ in tp̄e ꝯuenienti. ne ſit p̄ceps in feſti
nando. vel etiā inutilis in tardando. ſʒ hoc
vltimū ꝑtinet ad bonitatē cōſilij. ſm̄ qd̓ cō
ſilium in rōne inq̇rente ⁊ inueniēte aliud ⁊
aliud eſt ex ꝑte rei conſiliabilis. cū ergo ele
ctio ſit q̄ſi ꝯſilij ꝯcluſio. vt in tertio ethicorū
dicit̄. oportet ꝙ ad bonitatē volūtatis eligē
tis ꝯcurrat finis ⁊ bonitas. bonitas eius qd̓
eſt ad finē ordinatum. et ſi hͦ ſit. ꝓculdubio
actus exterior bonꝰ erit. ſi autē alterū deſie
rit erit volūtas mala ⁊ actꝰ malꝰ ¶ Ad ra
tiones in oppoſitū ¶ Ad primā rn̄det̄ ꝙ ar
bor eſt ex qua imediate ꝓcedit fructꝰ. Un̄
arbori cōꝑatur volūtas in euāgelio. ſm̄ ꝙ
eſt eligēs. q̇a ex electiōe imediate ſequit̄ fru
ctus. Vel vt dicit ſanctꝰ Thomas in p̄ma
ſecūde per alia v̓ba. Volūtas bona ꝑut ſi
gnificat̄ ꝑ arborē bonā. eſt accipiēda ſm̄ ꝙ
hʒ bonitatē. ⁊ ex actu volito. ⁊ ex fine intēto
¶ Ad ſecūdā rn̄det̄. negādo ꝯſequentiaʒ.
Et ratō eſt. q̇a ad bonitatē rei nō ſolū exigi
tur bonitas finis vltimi. quā reſpicit volū
tas intendēs. ſʒ etiā bonitas finis proximi
quē reſpicit volūtas eligēs. ⁊ iō nō ſequit̄ ꝙ
bonitas volūtatis intēdentis ad bonitatē
actꝰ ſufficiat ¶ Ad tertiā rn̄det̄ ſicut ad ſu
perius. non enī ſoluʒ aliq̇s peccat qn̄ vult
malum finē. ſed etiā quando vult malum
actum

## ¶ In dominica nona

eſt euangeliū. Homo q̇dam erat diues ⁊c.
Lu. xvj. Circa qd̓ p̄nt diſputari ſequētes q̄
ſtiones. ¶ Prima Utruʒ p̄latus vel cleri
cus diſſipans bona eccl̄ie ſit deponendus.
¶ Secundo Utrum ꝯuenīeter dentur pe
cunie ſiue elemoſyne vt oretur pro dante.
¶ Tertio vtrū de illicitis acquiſitis poſſit
fieri elemoſyna

## Ad primam q̄ſtio

nem ſic ꝓcedit̄. Et videtur ꝙ cleri
cus ſiue p̄latus diſſipans bona ec
cleſie nō ſit ꝓpter hͦ deponēdꝰ. ¶ Primo
ſic. Matrimoniū ſp̄ūale in quo p̄latus eſt
vir ſiue ſpōſus eccl̄ie ſue. eſt nobilius q̄ʒ car
nale vbi vir ꝯiungit̄ carnalit̄ vxori ſue. ſʒ in
matrimonio carnali vir q̄ʒuis bonoꝝ vxo
ris ſit diſſipator. non remouet̄ aut deponit̄
de matrimonio. ergo nec p̄latꝰ ꝑ hͦ ꝙ diſſi
pauerit bona eccl̄ie venit deponēdꝰ. ꝯſequē
tia videt̄ bona ¶ In oppoſitum arguit̄ ex p̄
ſenti euangelio. arguēdo a minori ad maiꝰ
q2 diſſipator bonoꝝ tp̄aliū dn̄i ſui deponit̄
ab officio. multo mag̓ eſt deponēdꝰ p̄latus
diſſipator bonoꝝ tp̄aliū ſiue ſp̄ūaliū chriſti
¶ Reſpondeo dicendū. ꝙ p̄latꝰ diſſipator
ſiue dilapidator bonoꝝ eccl̄ie eſt deponēdꝰ
ab eccl̄ia. Iſta ꝯclō colligit̄ ex m̄ltis capitul̓
in decre. ix. q. iij. c. vl. xij. q. v. Diaconi. ⁊ c. ab
batibꝰ. ⁊ xvj. q. iiij. c. ij. ¶ Ad rationeʒ i op
poſitū rn̄det̄ negādo ꝯſequētiā. Et rō ē. q̇a
nō eſt ſimile in hac ꝑte de matrimonio car
nali et de matrimonio ſp̄ūali p̄lati cū eccl̄ia
carnale ei eſt magis fixū ⁊ inſeꝑabile q̄ʒ ſpi
rituale ſit.

## Ad ſecūdam queſtio

nem ſic ꝓcedit̄ Et videtur ꝙ nō ſit dāda ele
moſyna alicui. vt oret ꝓ dāte. ¶ Primo ſic
Symonia eſt ſtudioſa volūtas emēdi vel
vendēdi aliq̊d ſp̄ūale vel ſp̄ūali annexuʒ. ſʒ
oratio ē maxime ſp̄ūalis. ergo dare elemo
ſynā vt q̇s oret pro eo. videt̄ ſymonia. eo q2
dat tp̄ale pro ſpirituali. ſed ſymonia nullo
modo eſt cōmittenda. ergo elemoſyna nō
eſt danda alicui vt oretur ꝓ eo ¶ Secūdo
ſic cōfirmando. Qui illicit aliū vt oret ꝓ
pecunia dat ſpirituale pro tp̄ali. et omis ta
lis eſt ſymoniacus. ergo ⁊c. ¶ In oppoſitū
eſt euāgelium p̄ns ¶ Rn̄deo dicendū ꝙ
elemoſyna licite pauꝑibꝰ dat̄ aut bonis vi
ris vt oret̄ ꝓ dāte. qn̄ illi q̇ dāt elemoſynas
pauꝑibus. vt orantium pro ipſis ſuffragia

impetrēt.nō eo tenore dāt quaſi intēdentes
orationes emere.ſed ꝑ gratuitā beneficen
tiam pauperū animos eoꝝ ꝓuocant ad hꝫ
ꝙ ꝓ eis gratis ⁊ ex charitate orēt. ¶ Ad rō
nes i oppoſitū ¶ Ad primam rñdetur ꝙ ve
rum eſt ꝙ oratio ſpūalis eſt. Vñ nullo mo
do debet ſub ꝑcio poni. nec illi qui dāt pe-
cuniam pauꝑibus vt pro eis orent.orōem
emunt.ſed vt dictū eſt animos pauperꝝ al-
liciunt ad orandum ꝓ ſe. ⁊ omnes faciunt
ſibi debitores Ad ſecundā reſpondetur
negādo ꝯſequētiam. Et rō ē eadem. homo
eñi facit ſibi amicos pauꝑes dū ſubuenit
eorū neceſſitatibus.pauꝑes eñi chriſti gra-
ti ſunt ſuis benefacientibꝰ. Et ita patet. qa
beneficiū nō eſt ſicut finis motiuꝰ.ſed ſicut
aliquid inducēs.⁊ quoniā ꝑncipaliter hoc
intendūt.ideo nō ꝓpter hoc orāt finaliter.
⁊ ideo orō nō venditˀ ſꝫ īpetratˀ ꝑ accidēs.ſ.
ꝑ acqſitionem amoris. Et ſic de iſta conclu
ſione.

¶ Ad tertiam queſtio
nem ſic ꝓcediť. Et videť ꝙ de illicite acqui-
ſitis poſſit fieri elemoſyna ¶ Primo ſic.ex
pñti euangelio. Facite vobˀ amicos de mā
mona iniqtatis.vbi glo. dicit. Iniqtas bñ
diſpenſata in iuſticiā vertiť.ergo videť ꝙ li
cite de malis acqſitis poſſit elemoſynā fa
cere ¶ Secundo ſic Qui eſt in extrema ne
ceſſitate ꝯſtitutus omnibꝰ modis ſubueni
endum eſt.ſed cōuenit aliquē qui nihil ha
bet niſi de iniuſte acquiſito aliquē in extre-
ma neceſſitate videre.ergo debet elemoſy-
nam facere.ergo de male acqſito ⁊ detento
poteſt elemoſyna fieri ¶ Tertiō ſic. De ac-
quiſito ꝑ meretriciū ⁊ ꝑ aleas ⁊ ꝑ ſymoniā
que ſunt turpia lucra poteſt elemoſyna fie
ri.ergo ⁊c ¶ In oppoſitum eſt illud Augu
ſtini libro de vˀbis dñi De iuſto labore faci
te elemoſynā. Et infra. Nolite elemoſynā
facere de fenore ⁊ vſuris. Et Greğ. Nō eſt
cōputanda elemoſyna ſi pauꝑibus diſpen
ſatur qđ ex illicitis acqriť ¶ Rñdeo dicen
dum ꝙ tripliciter poteſt eē aliqđ acqſitum
illicite. Vno modo quādo id qđ illicite ab
alio acqritur.debeť ei a quo eſt acquiſitū.

nec poteſt ab eo retineri q̄ acquiſiuit. Sic
contingit in rapina ⁊ in furto et in vſuris.
Et de talibus eſt cōcluſio. ꝙ de talibus nō
poteſt fieri elemoſyna Patet concluſio.qꝛ
homo de talibꝰ teneť ad reſtitutionē. Alio
modo eſt aliquid illicite acqſitum qđ ille q̄
acquiſiuit retinere nō poteſt.nec tamen de
betur ei a quo acquiſiuit.qa cōtra iuſticiā
accepit.⁊ alter cōtra iuſticiā dedit. Sic cō-
tingit in ſymonia qua dans ⁊ recipiens cō
tra iuſticiā legis diuine agit. Et de tali ē cō
cluſio ſecunda.ꝙ nō debet reſtitui ei qui de
dit.ſed debet in elemoſynā erogari Et ea dē
ratio eſt in ſimilibus.in qͦbus ſcꝫ datio ⁊ ac
ceptio eſt cōtra legē dei ¶ Tertio eſt aliqđ
illicite acquiſitū.non quidē ꝙ ipſa acqſitio
ſit illicita.ſed quia id a quo acquiriť eſt illi
citum. Sicut patet de eo qđ mulier acqrit
ꝑ meretriciū.et hoc vocať ꝓprie loquendo
turpe lucrum. Qꝫ enim mulier meretriciū
exerceat turpiter agit ⁊ contra legem dei.ſꝫ
in eo ꝙ accipit nō iniuſte agit nec contra le
gem dei. Vnde de tali turpiter ⁊ illicite ac-
quiſito eſt tertia cōcluſio.ꝙ retineri poteſt
⁊ de eo elemoſyna fieri. ¶ Ad rationes in
oppoſitū ¶ Ad ꝑmam rñdetur.ꝙ textus il
le intelligiť de diuitijs ꝑ actū illicitum acq-
ſitis.et tamen iuſte poſſidenť. Vel aliter di
cendū ꝙ māmona iniquitatis dicunť diui
tie etiā licite acquiſite ⁊ poſſeſſe.tamē dicū-
tur iniquitatis.quia frequēter ducunt ho
minem in peccatū ¶ Ad ſecundam rñde
tur.negando ꝯſequētiā. Et ratio eſt.quia ī
caſu extreme neceſſitatis omnia ſunt com-
munia.⁊ ita non prouident ſibi de alieno.
¶ Ad tertiā rñdeť.ꝙ de acquiſito ꝑ mere-
tricium iam dictū eſt. ꝙ poteſt fieri elemo-
ſyna.non autē fit deo ſacrificiū vel oblatio
ad altare. Tum ꝓpter ſcandalū.tum ꝓpter
ſanctoꝝ reuerentiā ¶ De eo aūt qđ eſt ac
quiſitū ꝑ ſymoniā iam dictū eſt ꝙ debꝫ ero
gari in pias cauſas. Circa vltimā. Illa que
per aleas acquirunť videnť eſſe aliquid illi
citū ex iure diuino.ſcꝫ ꝙ aliquis lucreť ali
quid ab his qui rem ſuā alienare non poſ-
ſunt.ſicut ſunt minores ⁊ furioſi et hꝰ mōi.
⁊ ꝙ aliquis trahat alium ex cupiditate lu-

crandi ad ludum. ⁊ ꝙ fraudulēter ab eo lu
cretur. Et in his caſibus tenetur ad reſtitu
tionem. ⁊ ſic de eo nō poteſt elemoſynaꝫ fa
cere. Aliud autē videtur eſſe vlterius illici
tum ex iure poſitiuo ciuili. quod prohibet
vniuerſaliter tale lucrum. ſed quia ius ciui
le non obligat omnes ſed eos ſoluꝫ q̄ ſunt
his legibus ſubiecti. et iterū per diſuetudi
nem abrogari poteſt. ideo apud illos q̄ ſūt
huiuſmodi legibuſ aſtricti. tenētur vniuer
ſaliter ad reſtitutionē qui lucrātur. niſi for
te contraria conſuetudo preualeat. aut ni
ſi aliquis lucratus ſit ab eo qui traxit eum
ad ludum In quo caſu nō tenetur reſtitue
re. quia ille qui amittit nō eſt dign⁹ recipe.
nec pōt licite retinere tali iuri poſitiuo du
rante. Vñ oportet d̄ hoc elemoſynā facere
in hoc caſu

## ¶ In dominica .x. eſt

euangeliuꝫ. In illo tpe. Cum appropinqua
ret Jeſus ⁊c. Luce. xix. Poſſunt hę diſputa
ri q̄ſtiones ¶ Prima. Utruꝫ per ſacram
ſcripturā poteſt oſtendi ꝙ aduentus meſ
ſie. id eſt. chriſti in carnem aduenerit. ¶ Se
cundo Utrū iudei tempus viſitatiōis ſue
id eſt. aduentus chriſti cognouerūt. ¶ Ter
tio. Utrum ſymoniaci tā vendētes q̄ꝫ emē
tes ſpūalia ꝑ tꝑalibus ſint ab eccleſia expel
lendi.

Ad primam q̄ſtio
nem ſic ꝓcedit̄. Et videtur ꝙ non
poſſit per ſcripturam ſanctā oſtē
di ꝙ aduentus meſſie. id eſt. chriſti ī carneꝫ
aduenerit. ¶ Primo ſic. ex illo Eſa. ij. vbi
loquitur de tempore aduentus chriſti. vbi
dicitur. Erit in nouiſſimis diebus prepara
tus mons domini in vertice montiū. ⁊ ele
uabitur ſuꝑ omnes colles. et fluent ad euꝫ
omnes gentes. Et ſequit̄. Conflabunt gla
dios ſuos in vomeres. et lanceas ſuas ī fal
ces. Non leuabit gens contra gentē gladi
um. nec exercebūtur vltra ad belluꝫ. Ex his
arguitur multipliciter ¶ Primo ex eo q̊d
dicitur. ꝙ hoc erit in nouiſſimis diebus. q̄a
ieſus chriſtus nō fuit in nouiſſimis dieb⁹.
quia poſt natiuitatē eiuſ ⁊ mortē multa tē
pora fluxerunt. ergo videtur ꝙ ipſe nō fue
rit vere chriſtus cuius aduētus ꝓmittitur
in nouiſſimis diebus ¶ Secundo arguit̄
ex illo quod ſubdit̄. ꝙ mons domini erit in
vertice montiū. mons enī ille dicit̄ mons ſi
on vt fuit templū. ſed mons ille non eſt ī ali
quo eleuatus. ergo adhuc nō venit chriſt⁹
¶ Tertio arguit̄ ex eo quod ſubdit̄. Fluēt
ad eū omnes gentes. quia non omnes cre
dunt in ieſum nazarenū ¶ Quarto argui
tur ex eo q̊d ſequitur Non leuabit gens cō
tra gentē gladium. quia poſt natiuitatem
ieſu chriſti nō ceſſarunt bella per orbem. vt
patet. nec ceſſant. ergo videtur ꝙ aduentuſ
veri meſſie ſcꝫ chriſti nōdū venit. ¶ Scdo
principaliter arguit̄ ſic. Dicit̄ Eſa. xj. Egre
dietur virga de radice ieſſe. vbi ſcriptura lo
quitur de aduentu chriſti. ſequitur ibidem
Habitabit lupus cū agno. et pardus cum
hedo accubabit. et ſequitur ibidē. Delecta
bitur infans ab vbere ſuper foramina aſpi
dis. et in cauerna reguli qui ablactatus fu
erit manū ſuam mittet. ſed adhuc nō vide
mus agnos cum lupis pacifice habitare.
nec pueros delectabiliter cū ſerpentib⁹ lu
dere. ergo non fuit tempus adimpletuꝫ ve
ri chriſti ¶ Tertō ſic. Dicit̄ Hieremie. xxiij.
Ecce dies venient dicit domin⁹. et ſuſcita
bo dauid germen iuſtum. Et ſequitur. In
diebuſ illis ſaluabit̄ iuda. ⁊ iſrael habitabit
confidenter. ſed poſt aduentū ieſu iudei ſp̄
fuerunt in periculo ⁊ in pauore. ergo videt̄
ꝙ tempus veri chriſti nondum venit ¶ In
oppoſitū arguit̄ ex p̄ſenti euāgelio. vbi chri
ſtus redarguit iudeos ꝙ nō cognouerunt
tempus viſitationis eorū. ſcilicet aduentuſ
ſui qui fuit aduentus veri chriſti promiſſi.
¶ Reſpondeo dicendū. ꝙ ꝑ ſacrā ſcriptu
ram poteſt oſtendi manifeſte ꝙ aduentuſ
veri chriſti qui fuit ieſus nazarenus iaꝫ ad
uenit. ſiue chriſtū iam veniſſe. Iſta concluſ
ſio probatur multipliciter ¶ Primo ſic ex
illo Geñ. xlix. vbi Jacob patriarcha ꝓphe
tauit dicens. Non auferetur ſceptrum de
iuda. et dux de femore eius donec veniet q̄

mittendus eſt. ⁊ ipſe erit expectatio gentiū. ſed notorium eſt. ꝙ quando chriſtꝰ fuit natus ſceptruʒ fuit ablatū de femore iude. vnde tunc ſub ceſare regnabat herodes alienigena natione in iudea. vt patʒ. ergo ab illo tempore venit chriſtus. Et cōfirmatur per tranſlationem caldaicā. quia vbi hieronymus tranſtulit. donec veniat qui mittēduſ eſt. caldaica tranſlatio habʒ. donec veniat meſſias. ⁊ ſic patet ꝙ auctoritas predicta n̄ poteſt intelligi de aliquo alio q̄ʒ de chriſto In quo poſſunt confutari multe cauillationes iudeorum. ¶ Secūdo probatur predicta concluſio ex illo Danielis. ix. vbi angelus Gabriel inſtruit eum de aduētu chriſti dicēs. Septuaginta hebdomade abbreuiate ſunt ſuper populum et ſuper vrbem tuam ſanctam. vt conſumetur preuaricatio et finem accipiat peccatum. et deleatur iniquitas. et adducatur iuſticia ſempiterna. et impleatur viſio et prophetia. et vngatur ſanctuſſanctoruʒ. Q̄ʒ vero accipiat ibi hebdomadas annorū. patet ī principio capituli. et ita intelligunt omnes doctores. ſʒ iſte hebdomade. lxx. que faciunt. quadringentos. xc. annos ſunt preterite. ergo tempus aduentus chriſti iam longe preterijt ¶ Tertio probatur concluſio ſic. Quādo ſcriptura ſacra denunciat aliquod futurū et determinat tempus et locum ⁊ modum et ſcilicet omnia iſta concurrunt in vnum manifeſte patet ꝙ illud quod fuerat predictum eſt impletum. Sacra autē ſcriptura predixit aduentum chriſti. vt patet in multis locis. determinauit etiam tempus veniendi. videlicet quando fuerit tranſlatio regni. ſupra Gen̄. xlix. Non auferet̄ ſceptruʒ de iuda ⁊c. Similiter locū naſcēdi. Mich. v. Et tu bethleem effrata ⁊c. Similiter modum viuendi. ſcilicet ꝙ chriſtus in paupertate viueret. Zacharie. ix. Ecce rex tuus venit iuſtus et ſaluator et ipſe pauper. Similiter determinat ſacra ſcriptura modū moriendi. quia ſcilicet in humilitate et patientia ex ꝑte ipſius chriſti. et in crudelitate maxima ex parte occidentium ipſum. vt habetur Eſaie. liij. Sicut ouis ad occiſioneʒ ducetur. Sed hec omnia manifeſte ſunt īpleta in Jeſu nazareno. ergo rationabiliter cōcluditur ꝙ ipſe fuerit verus chriſtus ¶ Ad rationes in oppoſitū ¶ Ad primā de auctoritate Eſaie rn̄detur negādo cōſequētiam in omnibus partibus augmentatiōis eiꝰ. Ad id quod ait de nouiſſimis diebus. dicimꝰ nihil valere. quia nouiſſimi dies ibi dicuntur dies meſſie ſiue chriſti. et aliquādo dicuntur tempora etiā chriſtum precedentia. ſm̄ illud Geneſ. xlix. vbi patriarcha Jacob dixit filijs ſuis. Congregamini vt enūciem vobis que futura ſunt ī diebus nouiſſimis. Et ibidem conſequenter denunciat non ſolum de aduentu chriſti ſed etiam de multis que adimpleta ſūt a tempore regū et iudicum. vt patet litteram intuenti ¶ Ad ratiōem ſumptam de eleuatione montis. rn̄detur. ꝙ eſt vanitaſ hoc quia eleuatio talis non eſt intelligenda ſm̄ motum localeʒ vt intelligunt iudei. ſed ſm̄ nobilitatem et appreciationem. que tunc facta ſunt quando chriſtus ipſum templū miraculis ⁊ doctrina multipliciter ſuper omnia alia loca nobilitauit et exaltauit. ¶ Ad rationeʒ ſūptam ex hoc. Defluent omnes gentes. rn̄detur ꝙ ibi diſtributio eſt accōmodata ꝑ generibus ſingulorum non pro ſingul' generum. ſicut dicit̄ ꝙ omne animal fuit ī arca noe. quia de ſingulis generibus animalium fuerunt ibi aliqua indiuidua Et ſimiliter de omnibus gentibus ſiue de iudeis ſiue de gentilibus confluxerunt ad chriſtuʒ credentes in ipſum. et ita illud adimpletuʒ eſt. ¶ Ad rationem ſumptam ex illo. Nō leuabit gens contra gentem. reſpondetur. ꝙ illud dictum eſt. quia circa tempus chriſti fuit pax diuturna in orbe. et maxime in iudea. quod patet ex eo ꝙ imminente natiuitate chriſti placatis omnibus regnis et ſub imperio romano redactis preceptum fuit a ceſare Auguſto vt deſcriberetur vniuerſus orbis. et ab illo tempe vſqʒ ad quartum annum poſt paſſionem Chriſti. quando ceperunt iudei rebellare romanis non leguntur aliqua notabilia bella fuiſſe in iudea. nec iudeos vſos fuiſſe armis q̄a terra

cuſtodiebatur a militibus romanis. Et iõ
probabile eſt ꝙ tunc ꝓpter diuturnitatem
pacis iudei inſtrumēta q̄bus vtebātur pri
us in bellis mutarēt ĩ inſtrumēta agrico-
lature apta ſicut ſenſibiliter videt̃ fieri ĩ ter-
ris vbi eſt pax diuturna. Q̄ aūt dicit̃. nō
leuabit gens ꝯtra gentē gladiū ⁊c. vbi li vl-
tra non importat eternitatē ſed ſolū diutur
nitatem tꝑis. id eſt. vſq̃ ad longū tꝑs.
¶ Ad ſecūdam rōnem ꝑncipaliter. de illo
Eſaie. xj. Habitabit lupus ⁊c. reſpondetur.
negando ꝯſequētiā. Et rō eſt. q̄a eſt locu-
tio metaphorica. quia homines ibi nomi-
nātur nomine animaliū. Et ſimiliter habe
tur geñ. xlix. Beniamin lupꝰ rapax ⁊c. Sic
ergo dicendū eſt in ꝓpoſito ꝙ iudei et gen-
tiles q̄ priuſ erant ad inuicem nociui ⁊ odi
oſi pacifice ſimul habitauerūt conuerſi ad
fidem chriſti. ſm̄ q̊d dr̄ Act. iiij. ꝙ multitu-
dinis credentiū erat cor vnū ⁊ anima vna
Et eodē modo exponēdū eſt de pueris et
animalibꝰ venenoſis. q̄a ſimplices ⁊ pueri
non ledunt̃ ab illis qui ante cōuerſionē ad
fidem chriſti erant veneno infidelitatis ⁊ ꝑ
fidie repleti ¶ Ad tertiā ex illo Hieremie
xxiij. rñdetur. ꝙ iam nō erant filij iſrael ⁊ iu
da ꝓprie loquendo. quia erant auerſi a dō.
quia chriſtū negauerunt et occiderunt. ꝓ-
pter q̊d etiam illā miſeriā meruerunt. et iõ
ex illa miſeria magis cōcluditur ꝓpoſitū.
ſicut patet ex dictis. Illi autē qui vere fue
runt filij iſrael et iuda qui ſcꝫ chriſtum rece
perūt ſaluati ſunt ꝑ ip̄m. nō ſolū ſpūaliter
quantū ad animas. ſed etiā corꝑaliter. q̄a
ſm̄ ꝙ dicit̃ in eccleſiaſtica hiſtoria. īminē
te deſtructiōe ciuitatis hieroſolyme ꝑ titū
⁊ veſpaſianū admoniti ſunt fideles q̄ erāt
in iudea ꝑ angelū vt tranſirēt in regnū reg
agrippe. q̄ erat cōfederatꝰ romanis. ⁊ ibi ſal
uati ſunt in bona pace. Aliť poteſt dici ad
autoritatē Hieremie. ꝙ illi ſunt ꝑfecto d̄ re
gno chriſti de q̊ ibi loquit̃ q̄ iā ſunt in glīa
celeſti. et ibi habitant cōfidenter et ſunt ꝑfe
cto ſaluati.

## Ad ſecundam queſti

onem ſic ꝓcedit̃. Et videt̃ ꝙ iudei tꝑs viſita
tionis ſue. i. aduentꝰ chriſti nō cognouerūt
¶ Primo ex pn̄ti euangelio. vbi dicitur.
eo ꝙ non cognoueris tꝑs viſitationis tue.
¶ Secūdo arguit̃ ex illo apoſtoli. j. Cor. ij
Si enim cognouiſſent dominū glorie nū
q̄ crucifixiſſent eum ¶ Tertio arguitur ex
illo Actuū. iij. vbi Petrus loquens iudeiſ
dicit ſic. Scio fratres ꝙ per ignorantiā fe
ciſtis ſicut et principes veſtri. ¶ In oppoſi
tum eſt illud Matthei. xxj. ꝙ agricole vidē
tes filium dixerunt intra ſe. Hic eſt heres.
venite occidamus eum. vbi dicit Hierony
mus. Manifeſtiſſime deus probat his v-
bis iudeorum principes non per ignoran
tiam. ſed per inuidiā dei filium crucifixiſſe
¶ Rñdeo dicendū. ꝙ aliqui iudeorum co
gnouerunt tempus viſitationis ſue. et ali
qui non. ¶ Pro quo notandum ſicut no
tat ſanctuſ Thomas in tertia parte queſti
one. xlvij. et Nicolaus d̄ lyra Lu. xix. ꝙ apō
iudeos quidam erant maiores ſciētes ſcri
pturas legis et prophetarum. Aliqui aūt
minores ſicut laici ⁊ mulieres tantummo
do ſcientes quod eſt de neceſſitate ſalutis.
vt precepta decalogi. et huiuſmodi. que de
bent ſciri ab omnibus. Eſt ergo prima cō
cluſio. ꝙ maiores eorum qui principes di
cebantur cognouerunt Ieſum eſſe verum
prophetam promiſſū in lege. et ita tempꝰ
viſitationis eorum nouerunt. Patet con
cluſio. quia omnia ſigna videbant in eo q̄
dixerāt futura prophete. Diuinitatem au
tem eius etiam cognouerunt. quia euidē
tia ſigna huiuſmodi habuerunt et dicta ꝓ
phetarum. quibus tamen aſſentire ꝓpter
odium ⁊ inuidiam noluerunt vt cognoſce
rent eum eſſe filium dei. Unde Beda dicit
ſuper illud Luce. xxiij. Neſciunt quid faci
unt. Notandum inquit. ꝙ non pro eis
orat qui quem filium dei intellexerunt cru
cifigere q̄ confiteri maluerūt. Unde ipſe
dominus de eis dicit Iohannis. xv. Si nō
veniſſem et locutus eis non fuiſſem. pecca
tum non haberent. nunc autem excuſatio
nem non habent de peccato ſuo. Et poſtea
ſubdit. Si opera non feciſſem in eis que
nemo alius fecit. peccatum non haberent.

Et poſtea ſubdit. Nūc ei viderūt me ⁊ ode
runt me ⁊ patrē meū. ¶ Alia ꝯcluſio eſt. ꝙ
minores. id eſt. populares q̄ myſteria ſcri
pture nō nouerāt. nō plene cognouerūt ip
ſum Jeſum verū ꝓphetā eſſe. nec chriſtuꝫ ꝓ
miſſum in lege. nec eſſe filiū dei. licet aliqui
eoꝝ etiaꝫ in eū crediderūt. multitudo tū̄ nō
credidit. et ſi aliq̄ dubitarēt an ip̄e eſſet chri
ſtus ꝓpter ſignoꝝ multitudinē. ⁊ efficaciaꝫ
doctrīe. vt habet̄ Joh. vij. tū̄ poſtea decepti
fuerūt a ſuis p̄ncipibus vt euꝫ nō crederēt
nec filiū dei nec chriſtū. ¶ Ad rationes in
oppoſitum ¶ Ad primā de p̄nti euangelio
rn̄detur. ꝙ loquit̄ chriſt⁹ de actuali cogniti
one applicātē ad op⁹. ſ. recipiēdo p̄dicatioꝫ
chriſti. imo ecōuerſo negauerūt ⁊ crucifixe
runt ¶ Ad ſecundā rn̄det̄ eodē modo. ha
bituali eni cognitiōe maiores bn̄ cognoue
runt. ſꝫ actuali ad op⁹ deducta nō. inuidia
⁊ odio excecati. ¶ Ad tertiam eodē modo
rn̄detur.

¶ Ad tertiam queſtio
nem ſic ꝓcedit̄. Et videt̄ ꝙ nō ſit conueniēs
ſymoniaci pena ꝙ expellat̄ de templo dei ꝑ
priuationē ei⁹ qd̄ per ſymoniā acquiſiuit.
¶ Primo ſic. Symonia ei cōmittit̄ ex eo
ꝙ alicuius muneris interuētu ſpiritualia
acquirūtur. ſed quedā ſunt ſpiritualia que
ſemel adepta non poſſunt amitti. ſicut om
nes characteres qui per aliquā cōſecratio
nem imprimunt̄. ergo nō eſt conueniēs pe
na vt q̄s priuet̄ eo qd̄ ſymoniace acq̄ſiuit.
¶ Secundo ſic. Cōtingit aliq̄n̄ ꝙ ille q̄ eſt
epiſcopatū adept⁹ ꝑ ſymoniā. ꝓcipiat ſub-
dito vt ab eo recipiat ordines. ⁊ videt̄ ꝙ de-
beat ei obedire q̄ꝫdiu tolerat̄. ſꝫ null⁹ debet
aliq̄d recipe ab eo q̄ nō habet poteſtatē cō-
ferēdi. ergo ep̄s nō amittit ep̄alē dignitateꝫ
ſi eā ſymoniace acq̄ſiuit ¶ Tertio. Nullus
debet puniri ꝓ eo q̄d ei eſt factū eo neſciēte
⁊ nolēte. q̄a pena debet̄ pctō qd̄ eſt volūta-
rium. ꝯtingit aūt aliq̄n̄ ꝙ aliq̄s ſymoniace
ꝯſequit̄ aliqd̄ ſpūale ꝓcurātibus alijs ipſo
ignorāte ⁊ nolēte. ergo nō debet puniri ꝑ p̄-
uationē ei⁹ qd̄ ei collatū eſt ¶ In oppoſitū
arguit̄ ex p̄nti euāgelio. vbi chriſt⁹ de tem-
plo eieciſſe d̄r vendētes ⁊ emētes. ꝑ q̄s deſi-
gnant̄ ſymoniaci ¶ Reſpōdeo dicendū ꝙ
pena illa eſt ꝯueniēs ſymoniacoꝝ vt expel
lantur per priuationē eoꝝ que per ſymoni
am adepti ſunt. Iſta concluſio patet ex ca-
pitulo. Si quis epiſcopus. j. q. j. vbi ſic dici-
tur ex cōſilio calcedonenſi. Qui ordinatuſ
eſt. ſcilicet per ſymoniā nihil ex ordinatio-
ne. vel promotione que eſt per negociatio-
nem facta proficiat. ſed ſit alienus a digni-
tate vel ſollicitudine quā pecunijs acquiſi-
uit. Concluſio vero predicta ratione ſic ꝓ-
batur. Nullus licite retinere poteſt id qd̄
contra voluntatē domini acquiſiuit. puta
ſi aliquis diſpenſaret d̄ rebus domini ⁊ da-
ret alicui contra voluntatem et ordinatio-
nem domini ſui. ille qui accipit licite tene-
re non poſſet. dominus autem cuius eccle
ſiarum prelati ſunt diſpenſatores et mini-
ſtri. ordinauit vt ſpiritualia gratis darent̄.
ſm̄ illud Matthei. x. Gratiſ accepiſtis gra
tis date. et ideo qui muneris interuētu ſpi-
ritualia quecunqꝫ aſſequuntur. ea licite re-
tinere non poſſunt. Inſuper autem ſymo-
niaci tam vendentes q̄ꝫ ementes ſpiritua-
lia. aut etiam mediatores alijs penis puni-
untur. ſcilicet infamie ⁊ depoſitione ſi ſint
clerici. excōmunicatione ſi ſint laici. vt ha-
betur. j. queſtione. j. Si quis epiſcopus ¶
¶ Ad ratiōes in oppoſitum ¶ Ad primā
rn̄detur ꝙ ille qui ſymoniace accepit ſacra
mentum ordiniſ. recepit quidem characte
rem ordinis propter efficaciam ſacramen
ti. non tamen recepit gratiam. nec ordinis
executioneꝫ. eo ꝙ quaſi furtiue recepit cha-
racterem contra principalis domini volū
tatem. et ideo eſt ipſo iure ſuſpenſuſ. ⁊ quo
ad ſe. vt ſcilicet de executione ſui ordinis ſe
non intromittat. et quo ad alios. vt ſcilicet
nullus ei communicet in ordinis executio
ne. ſiue ſit peccatum eius publicum ſiue oc
cultum. nec tamen repetere pecuniam po
teſt quam turpiter dedit. licet alius iniuſte
retineat. Si vero ſit ſymoniacus qui con
tulit ordinem ſymoniaco. vel quia dedit
vel recepit beneficium ſymoniace. vel fuit
mediator ſymonie. ſi eſt publicum eſt ipſo

iure ſuſpenſus quo ad ſe et quo ad alios. ſi
aūt eſt occultū eſt ſuſpenſus ipſo iure quo
ad ſe tantū. nō aūt quo ad alios ¶ Ad ſecū
dam rn̄detꝰ ꝙ nec ꝑpter p̄ceptū epi nec ꝑpt
excōmunicationē debꝫ aliq̄s recipe ordinē
ab epo quē ſcit ſymoniace ꝓmotū. et ſi ordi
natꝰ nō recipit ordinis executionē ¶ Ad ter
tiā rn̄detꝰ. ꝙ ſi nec volēte nec ſciēte ꝑ alios il-
lius ꝓmotio ſymoniace ſit ꝓcurata. caret
quidē ordinis executōe. et tenetur reſigna
re bn̄ficiū qd̄ eſt ꝯſecutꝰ cū fructibꝰ extſtē-
tibus. Nō aūt tenetꝰ reſtituere fructꝰ ꝯſum
ptos. q2 illos bona fide poſſedit. niſi forte
amicus eꝰ fraudulēter pecuniā daret ꝑ illi
us ꝓmotōe. vel niſi ipe expreſſe ꝯtradixerit
tūc re non tenetꝰ ad renunciandū. niſi forte
poſtea pacto cōſenſerit. ſoluēdo quod fuit
ꝓmiſſum

## ¶ In dominica. xj. eſt

euangeliū In illo tp̄e. dixit ieſus ad q̊ſdam
zc̄. Lu. xviij. Circa qd̄ pn̄t diſputari ſeq̄ntes
queſtiones ¶ Primo Utrū phariſeus in
orōe ſua venit merito cōdemnandꝰ ¶ Se
cundo. Utrū publicanus in oratione ſua
formam conuenienter dederit iuſtificatio
nis impij

Ad primaz queſti
onez ſic ꝓceditur. Et videtꝰ ꝙ pha-
riſeꝰ in orōe ſua nō veniat ꝯdem-
nandꝰ. ¶ Primo ſic. Orās phariſeꝰ ince-
pit a grāꝝactione dicēſ. Dn̄e grās tibi ago
ſed in h̄ nō peccauit a deo recognoſcendo
oīa bona q̄ habuit. ergo n̄ veniebat cōdem
nandꝰ ¶ Scd̄o ſic Si dicatꝰ ꝙ rōe iactātie
q̄ ſe iactabat eē immunē a peccatis alioꝝ
h̄ etiā nō arguit. q2 poteſt q̊s oñdere laudē
ſuā ꝛ nō peccare. ſic̄ faciebat apl̄s. ij. Cor. x.
Nos nō in imenſuꝫ gl̄iamur. Et. xj. Exiſti-
mo me nihil minꝰ feciſſe a magnis aplis.
ergo zc̄ ¶ Tertō ſic. Iactātia cū oriatꝰ ex va
na gl̄ia. vt dicit Grego. ij. moral. non eſt ſp
pctūm mortale. ſic̄ nec vana gl̄ia. ſꝫ ſoluꝫ ꝑ-
pter pctūm mortale venit q̊s ꝯdēnandus
ſiue rep̄hendēdꝰ. ergo zc̄ ¶ In oppoſitū eſt
pn̄s euāgeliū ¶ Rn̄deo dicēdū. ꝙ phariſe
us talitꝰ ſe habuit ī orōe ſua ꝙ merito venit
rep̄hendēdus. Primo ex irreuerētia quā
in orōe obſ'uauit. q̄a nō reuerēter orauit ſꝫ
cū faſtu. q̄a nō incuruato corꝑe ſed erecta
fronte orabat. Un̄ dr̄ Stās. Secūdo rep̄-
hendit ex ſuꝑbia. q̄a ſe iuſtum ſolū inter ho
mines dicebat. cuꝫ ait. Non ſum ſicut cete
ri hominū. quaſi diceret. Ceteri ſunt pecca
tores. ego autē iuſtus. ꝛ ita de iuſticia ſua
iactabat ſe alios ꝯdēnando. et orantē iuxta
ſe publicanū deſpiciendo. Tertio rep̄henſi
bilis veniebat. quia de bonis que faciebat
ſe iactabat dicēs. Ieiuno bis in ſabbato. ſꝫ i
h̄ iuſticiā ſuā ꝑ vanā gl̄iam fedabat. Pro-
uerb. xxvij. Laudet te alienꝰ ꝛ nō os tuum
extraneꝰ ꝛ nō labia tua. Et Eccī. vij. Nō te
iuſtifices apud deū. q̊niā ipe cognitor cor
dis eſt. Et Hiere. ij. Ecce ego iudicio cōten
dam tecū ꝓ eo ꝙ dixeris non peccaui. Et iō
Iob. ix. dicitur. Si iuſtificare me voluero.
os meuꝫ cōdemnabit me. ꝛ ita merito pha
riſeus cū ſe ita inaniter iactauerat merito
ꝯdemnādus venit ¶ Ad rōnes ī oppoſitū
¶ Ad primam rn̄detur ꝙ hic nō arguitur
phariſeus. q̄a grās egit deo. ſed q2 agit mo
do ſuperbo. Unde Gregoriꝰ. Si rep̄hēdit
ille qui ſuperbe gratias agit. quid eſt ergo
ille qui impugnat gratiā. nō enim recte co
gnouit bona q̄ accepit. Unde Bernardus
de eo dicit. Sic gratias agit non quia bo
nus. ſed quia ſolus. non tam de bonis que
habet q̄ꝫ de malis que in alijs videt. talis
autem modus elationis eſt. Unde Beda
ait. Ecce phariſeus ad referendas gratias
oculum habet. ad humilitatis cuſtodiam
non habet. ¶ Ad ſecundam reſpondetur
ꝙ licet iactantia ſemper non ſit peccatum
mortale ſed quandoqꝫ veniale. iactātia ta
men iſtius phariſei fuit peccatum morta
le ¶ Pro quo notandum ꝙ iactantia po
teſt conſiderari vno modo ſcd̄m ſe. prout eſt
mendacium quoddam. et ſic quandoqꝫ ē
peccatum mortale. et quandoqꝫ veniale.
Mortale quidem quando aliquis iactan
ter de ſe profert quod eſt contra gloriā dei.
ſicut ex perſona regis Cyri dicitur Ezechie
lis. xxviij. Eleuatum eſt cor tuum et dixiſti

de⁹ ego ſum. Uel etiã cũ eſt ꝯtra charitatẽ
ꝓximi. ſicut cũ aliqs iactãdo ſe ꝓrumpit in
ꝯtumelias alioꝝ. ſicut fecit iſte phariſeus q̃
dicebat. Nõ ſum ſic̃ ceteri hoĩes raptores.
iniuſti. adulteri. velut etiã hic publicanus.
Qñq3 vero eſt peccatũ veniale. qñ aliq̃s d̃
ſe talia iactat q̃ nec ſunt ꝯ deũ3 nec contra
proximũ. ¶ Ad tertiam patet reſponſio ex
dictis

## Ad ſecũdam queſtio

nem ſic ꝓcedit̃. Et videtur ꝙ ꝯueniẽter for-
mã iuſtificatiõis non dederit publican⁹ ꝑ
cutiẽdo pect⁹ ⁊ dicẽdo. Propici⁹ eſto mi
hi pctõri. ex q̃b⁹ v̾bis innuit ꝙ ad iuſtifica-
tionẽ impij req̃rat̃ ꝯtritio. cõtra qd̾ arguit̃
ſic ¶ Primo Lu. vij. dr̃. Dimiſſa ſũt ei pec
cata multa. dicit glo. ꝙ ardor charitatis ru
biginẽ peccatoꝝ in ea cõſumpſit. ergo non
oportet ꝙ ibi ſit dolor ſiue ꝯtritio d̾ peccato
¶ Secundo ſic. Cõuerſio ad deũ eſt potẽ
tior q̃3 ꝯuerſio ad rẽ tꝑalẽ ad malũ. ſ3 ꝯuer
ſio ad rẽ tꝑalẽ ſufficiẽter inducit culpam. er
go ꝯuerſio ad deũ ſufficiẽter iuſtificat ſine
alia cõtritiõe. ¶ Tertio ſic. Poſſibile ẽ ali-
quẽ auerti a deo nihil cogitãdo de deo. er-
go ſimul poſſibile eſt aliquẽ auerti a pctõ.
nihil cogitando de eo. ⁊ ſic ſine motu liberi
arbitrij in pctũm ſiue ſine ꝯtritiõe iuſtifica
tur impi⁹ ¶ In oppoſitũ eſt euangeliũ ho-
diernũ. Un̄ glo. ſuꝑ illud. Percutiebat pe
ctus ſuũ. dicit. Percutit pect⁹ ⁊ penas d̾ ſe
exigit vt de⁹ ꝑcat. ¶ Reſpondeo dicendũ.
ꝙ publican⁹ in orõe ſua ꝯuenientẽ formã3
dedit iuſtificatõis impij ĩ trib⁹ ¶ Primo
in humili verecũdia quã oñdit cũ dr̃. Pu
blican⁹ a lõge ſtans nolebat nec oculos le-
uare. Beda. Sic humilis non audet appro
pinquare vt de⁹ ad eu3 appropinquet non
aſpicit vt aſpiciat̃. Nihil ei tantũ plac3 deo
in penitẽte ſicut dic̃ Bern̄. q3 humilis vere
cũdia. Nõ audebat oculos leuare ad celũ.
q2 cognoſcebat ſe offendiſſe deũ. ita vt dice
ret illud. ij. Paral̾. vlt̃. Peccaui ſuꝑ nume
rũ arene maris. et multiplicata ſũt ſuꝑ me
pctã mea. ⁊ nõ ſum dign⁹ videre altitudi-
nẽ celi ꝑ multitudine iniq̃tatis mee. ¶ Se
cundo oñdit formã iuſtificatiõis impij in
doloroſa ꝯtritiõe pctõꝝ quã oñdit in ꝑcuſ
ſione pectoris. in q̃ reddebat ſeipm̃ culpabi
lem. ⁊ oſtẽdebat dolorẽ. Hmõi aũt ꝯtritio
neceſſaria ẽ ad iuſtificationẽ impij. Quia
ſicut ĩ generationib⁹ naturalibus vna for-
ma expellit̃ ⁊ alia introducit̃. ꝓpter qd̾ ge-
neratio vni⁹ eſt corruptio alteri⁹. oportet
eſſe diſpoſitiões ad vtrũq3. ita ĩ iuſtificatõ-
ne impij qua gratia cõfert̃ et culpa expellit̃
oportet eẽ diſpoſitionẽ volũtatis ſm̃ ꝓpri-
um actũ ad vtrũq3. Et ideo ſicut ꝑ motũ li-
beri arbitrij in deũ diſponit̃ ille q̃ iuſtificat̃
ad grãm obtinendã. ita ꝑ motũ liberi arbi-
trij in peccatũ q̃ eſt ꝯtritio. oport3 ꝙ ad cul
pe expulſionẽ diſponat̃. ⁊ iõ oportet ꝙ in iu
ſtificatione qua innocẽs iuſtificat̃ oportet
eſſe diſpoſitionẽ ſolũ ad grãm inducendã.
ſed in iuſtificatõe q̃ iuſtificat̃ impi⁹ oport3
eſſe duplicẽ diſpoſitionẽ. vnã ad inducẽdã
grãm ſc3 motũ liberi arbitrij ĩ deũ. Alterã
ad expellẽdũ culpã ſc3 motu3 liberi arbitrij
in pctũm. q̃ ẽ ipa ꝯtritio. ¶ Ad rõẽs in op
poſitũ ¶ Ad primã rñdet. negãdo ꝯſequẽ
tiã. Et ratõ eſt. q̃a feruor dilectionis de ne
ceſſitate coniunctũ habet odium contrari-
um. et ideo feruor dilectionis ad dimiſſio-
nem culpe non operat̃ ſine peccati deteſta-
tione. que directe dimiſſioni culpe reſpon-
det. ¶ Ad ſecundã etiam rñdetur. negan-
do conſequẽtiam. Et ratio eſt. quia in pec-
cato conuerſio non facit culpam ſine auer
ſione. Et ita oportet duo eſſe in iuſtificatio-
ne. ¶ Ad tertiam reſpõdetur negãdo ꝯſe
quentiam. Et ratio eſt. ſm̃ dominum Bo
nauenturam. Tum quia receſſus a deo
eſt inordinatus ſed regreſſus ordinatus.
Tum quia plura exigunt̃ ad bonu3 q̃3 ad
malum.

## In dominica. xij. eſt

euangelium. Exiẽs ieſus de finibus tyri ⁊c̃
Mar. vij. Circa quod pñt diſputari ſequẽ
tes q̃ſtiones ¶ Prima Utrũ ꝯueniẽt xp̃s
circa hũc ſurdũ ⁊ mutũ d̾ q̃ in euãgelio mi
raculũ fec̃ ¶ Scd̃o vtrũ illi hoĩes faciẽtes ꝯ
ꝓceptũ xp̃i publicãdo miraclũ peccauerũt

## Ad primam q̄ſtionem

Ad primam q̄ſtionem ſic ꝓcedit̄. Et videt̄ ꝙ nō cōueniēt chriſtꝰ circa hūc mutuz et ſurdū miracula ſit opatꝰ. ¶ Primo ſic. Chriſtus faciebat miracula v̓tute diuina. cuiuſ ꝓpriū eſt ſubito opari ⁊ ꝑfecte. et abſq3 adminiculo cuiuſcūq3. ſ3 chriſtꝰ nō ſubito curauit iſtū. Dicit̄ eni in euāgelio. ꝙ aſſprebēdit eū de turba ſeorſuz ⁊ miſit digitos ſuoſ in aures eiuſ. ⁊ expuēs tetigit linguā eiꝰ. et ſuſpiciēs in celū ingemiſcēs. ⁊ ait. effeta. qḋ eſt apire. ⁊ ſtatim apte ſunt aures eiꝰ. ergo ⁊c. ¶ Secūdo ſic. Dei n̄ eſt orare nec reſpicere in celū ingemiſcēdo. cū ergo h̄ fiebat v̓tute diuītatis. nō ꝯueniēter videt̄ opatus illud. ¶ Tertio. Miracula chriſti fctā ſūt ad ꝯfirmationē doctrine ipſiꝰ. ⁊ teſtimonium diuītatis eiꝰ. ſ3 nullꝰ d3 impedire finez ſui opis. ergo videt̄ ꝙ incōueniēt chriſtuſ p̄cepit illis hoībꝰ q̄ p̄ſentauerāt ſurdum et mutū ad ſanādū ꝙ nemini dicerent. ¶ In oppoſitum eſt euangeliū in q̊ dr̄. ꝙ bn̄ oīa fecit. ⁊ ſurdos fecit audire ⁊ mutos loq̇. Rn̄deo dicendū ꝙ chriſtꝰ ꝯueniētiſſime opatꝰ eſt miraculū circa hūc ſurdū ⁊ mutū. Iſta ꝯclõ ſic declarat̄. Ea q̄ ſunt ad finē debent eſſe fini ꝓporcionata. chriſtꝰ aūt ad h̄ venit ī mūdū ⁊ docebat vt hoīes ſaluos faceret. ſ̓m illud Ioh. iij. Nō eī miſit deꝰ filiū ſuū ī mundū vt iudicet mūdū. ſ3 vt ſaluet̄ mūdꝰ ꝑ ipm̄. ⁊ iō ꝯueniēs fuit ꝙ chriſtꝰ ꝑticularit̄ hoīeſ miraculoſe curādo oñderet ſe eē vniuerſalē ⁊ ſpūalem oīm ſaluatorē ſanando. nō tantū ꝑtāte diuītatis ſed miniſterio humanitatis cū eſſet deus et hō. ¶ Ad rōes ī oppoſitū dicendū. ¶ Ad primam rn̄detur. negando ꝯſequētiā. Et ratō eſt. q̄a chriſtꝰ venerat ſaluare mundū. nō ſolū v̓tute diuina. ſ3 etiā ꝑ miniſteriū incarnatiōis ipſiꝰ. ⁊ iō frequēter etiā in ſanatiōe infirmoꝝ. non ſolū poteſtate diuīa vtebat̄ curando ꝑ modū imperij. ſ3 etiā ad hūanitatē ipſiꝰ ꝑtinēſ appōnēdo. vn̄ ſup illḋ Lu. iiij. Singul̓ manus īponēs curabat oēs. dic̄ Cyrillꝰ Quāuis vt deꝰ potuiſſ3 oēs v̓bo pellere morboſ tāgit tn̄ eos oñdēs ꝓpriā carnez efficacē ad p̄ſentāda remedia. ſic ergo chriſtꝰ ſanauit hūc ſurdū ⁊ mutū tāgēdo eū corꝑaliter vt oñderet hūanitatē ſuaz eē diuītatis inſtrumentū. ¶ Ad ſecūdam rn̄det̄ negando ꝯſequētiā. Et rō eſt. q̄a ſic dictū eſt. nō ſolū poteſtate vtēdo debuit facere miracula. ſ3 etiā hūanitate ipa. q̇nīā vtrūq3 erat deo oñdendū ⁊ ꝙ deꝰ eēt ī carne vnitꝰ. Vn̄ Chryſo. ſup illud Matth. xiiij. Acceptis q̇nq3 panibꝰ ⁊ duobꝰ piſcibꝰ aſpiciēs in celū bn̄dixit ⁊c. dicit. Oportebat inq̇t credere de chriſto q̊niam a patre eſt. ⁊ quoniā ei equal̓ eſt. ⁊ iō vt vtrūq3 oñdat. nūc quidē cū ꝑtāte. nunc aūt orans miracula facit. Dicimus ergo ꝙ chriſtꝰ in curatiōe hmōi infirmi ipſe ſuſpiciens in celū ingemuit. vt oñderet ſe verū hominē a deo q̄rens auxiliū. ¶ Ad tertiaz rn̄detur negando ꝯſequētiā. Et rō ē quia hoc fecit. vt dicit Chryſo. volēs nos erudire ꝓhibere eos q̄ volūt nos ꝓpt̄ nos laudare ſi aūt ad dei gl̓iam refert̄. nō debemꝰ ꝓhibere ſ3 magis iniūgere. vt h̄ fiat. ſ̓m illḋ Mar. v. Vade ī domū tuā ad tuos. ⁊ annuncia eis q̄nta dn̄s tibi fecit

## Ad ſecundam queſtionem

Ad ſecundam queſtionem ſic ꝓcedit̄. Et videtur ꝙ illi homīes publicādo miraculū chriſti peccauerunt. ⁊ probat̄ ſic. Primo q̄a deo eſt in oībꝰ obediendū. ſ̓m illud Exo. xxiiij. Oīa q̄ locutuſ eſt dn̄s faciemus ⁊ erimꝰ obediētes. ſ3 iſti nō obedierūt p̄cepto chriſti q̊ p̄cepat eiſ ne cuiq3 diceret. ergo ⁊c ¶ Secundo ſic. Aut chriſtꝰ voluit fieri illud qḋ dixit eis. an nō. ſi voluit. ſequit̄ ꝙ fecerunt contra p̄ceptū eius ⁊ ſic peccauerunt. aut noluit. ſequitur ꝙ chriſtus eſſet mendax vel duplex in v̓bo. quod eſt impoſſibile ¶ In oppoſitū videtur ꝙ non peccauerunt. quia non fuiſſent digni ſaluatione. ¶ Rn̄deo dicendum ꝙ illi homines predicando miracula Chriſti non peccauerunt. quia Chriſtus cum precepit eis vt non dicerent non intendit eos per virtutem precepti obligare. vt dic̄ Gregorius. ix. moraliū. ſed ſeruis ſuis ſequentibus exemplum dedit. vt ipſi quidem virtutes ſuas occultare deſiderent. et tamen

vt alij exemplo eoꝝ ꝓficiant. ꝓdant̄ inuiti.
Et ſic pꝫ rn̄ſio ad pͥmū argumētū. ¶ Pro
rn̄ſione ad ſcd̄m eſt ſciendum. ꝙ in chriſto
ponit̄ duplex voluntas ſicut et duplex na-
tura. Una diuina. ⁊ eſt duplex. vna ſigni. ⁊
altera bn̄placiti. Volūtas ei bn̄placiti eſt.
qua vult aliq̇d ſimpliciter ⁊ abſolute. et ſic
chriſtꝰ voluit miraculū publicari. q꜠ ꝯtra
voluntatē bn̄placiti nihil fit. ſed bn̄ fit ꝯ vo
luntatē ſigni. Alia fuit volūtas humana.
et ſic chriſtꝰ voluit quodāmodo. et quodā
modo noluit miraculū publicari. q꜠ volu-
it ad dei gliaꝫ. noluit āt vt oſtēderet huma
nā laudem fugiendā. ſicut eni ſūt aliq̄ par-
tim voluntaria ⁊ partim inuoluntaria. vt
d꜠ in tertio Ethicoꝝ. de eo q̇ ꝓijcit merces ī
mari. vult et nō vult diuerſis reſpectibus.
quia non vult abſolute. vult tamen in tali
caſu poſitꝰ. ⁊c̄.

## In dominica. xiij. eſt

euangeliū. In illo tēpe. dixit ih̄s diſcipulis
ſuis. Beati oculi q̇ vidēt q̄ vos videtis. ⁊c̄.
Luc̄. x. Circa q̊d pn̄t diſputari ſeq̄ntes que
ſtiones. ¶ Pria. Utruꝫ ſit verū q̊d dictuꝫ
eſt apoſtolis. ſcꝫ Beati ocli q̇ vidēt q̄ vos
videtis. ¶ Scd̄a. Utrū in ſtatu vie deus
poſſit īmediate a nobis amari. ¶ Tertio.
Utrū modus d̍ diligendo deū toto corde
⁊c̄. q̇ multiplicat̄ in p̄cepto p̄dicto poſſit in
via ſuari.

## Ad primā queſtō

nem. ſic ꝓcedit̄. Et videtur ꝙ non
ſit veruꝫ ꝙ beati oculi q̇ vidēt que
vos videtis. ¶ Primo ſic. Joh̄. xxj. ſcribit̄.
Beati q̇ nō viderūt ⁊ crediderūt. ¶ Scd̄o
ſic. Aut loquit̄ de viſione interiori ꝑ fidem
Et h̄ nō. q꜠ multi ꝓphete ⁊ reges viderrūt
hoc mō viſionis chriſtuꝫ. Unde Joh̄. viij.
Abraam vidit diem meū ⁊ gauiſꝰ ē. Non
aūt de exteriori. q꜠ exteriori viſione et vide-
rūt iudei ſacerdotes ⁊ phariſei. Un̄ Jo. xv
de iudeis. Nūc āt viderunt ⁊ oderūt me ⁊
prēm meū. ſed oculi eoꝝ nō fuerunt beati.
ergo nec oculi apl̄oꝝ. ¶ Tertio. Beatitu-
do d꜠ ſtatꝰ oīm bonoꝝ congregatōe ꝑfectꝰ

ſꝫ apoſtoli vidētes chriſtū h̄ in t̄ra nō cōſe-
quebant̄ beatitudinē. q꜠ vt d꜠ Exodi. xxxiij.
Nemo videbit deū et viuet. ergo nō erant
dicendi oculi eoꝝ beati. ¶ In oppoſitum ē
euangeliū pn̄s. ¶ Rn̄deo dicendū. ꝙ bea-
titudo eſt duplex. Una rei q̄ ꝯſiſtit pͥncipa
liter in aſpectu ⁊ fruitōe diuinitatis. ⁊ ex cō
ſequenti in viſione hūanitatis chriſti. ⁊ ſic
habet̄ in patria. Alia eſt beatitudo in ſpe.
q̄ in pn̄ti vita ꝯſiſtit. et ſic habet̄ in via in vi
ris excellentibꝰ v̓tute. ⁊ de iſta loquitur h̄.
¶ Scd̄o notandū ꝙ ſc̄m q̊d duo oculi di-
cunt̄ in hoīe. ſcꝫ interiores et exteriores. ita
duplex d꜠ viſio. ſcꝫ viſio interior q̄ fit ꝑ iter-
nam ſpiratōem. de q̄ d꜠ ad Eph̄. j. Deꝰ det
vobis ſpūm ſapientie et reuelatōis ī agni-
tionē eꝰ illuminatos oculos cordis veſtri.
De iſta viſione ei d꜠ Joh̄. viij. Abraam vi
dit diē meū et gauiſus eſt. et hoꝝ q̇deꝫ ocu-
li beati beatitudine ſpei. d̍ quibꝰ d꜠. Joh̄. xxj
Beati q̇ nō viderunt. ſcꝫ corꝑaliter. ⁊ credi
derūt. ſcꝫ ꝑ fidem. et dilectōem opantē chri
ſtū incarnandū et paſſuruꝫ ꝓ humani ge-
neris ſalute. Alia eſt viſio pure corporalis
q̄ cōis fuit apoſtolis et iudeis. ⁊ de iſta nō
loquitur. Aliq̇ aūt ſūt q̇ vtraqꝫ viſione vi-
derūt chriſtū. ſcꝫ interiori viſione fidei. ⁊ ex
teriori videntes eum int̄ hoīes ꝯuerſantē.
et miracula ſoli deo ꝓpa opantem. Et d̍ ta
li viſione d꜠ Joh̄. j. Uidimꝰ gl̄am eꝰ q̄ꝗ vni-
geniti a prē. Utrūqꝫ eni modū videndi ha
buit ioh̄es et alij apoſtoli. q꜠ cuꝫ eo fuerūt
corꝑaliter cōuerſati. et ſic viderūt ſenſibilit̄
opa v̓tutē totiꝰ creature excedētia. ſic̄ ſuſci-
tatio mortuoꝝ. illuminatio ceci. ⁊ ꝯſimilia
ex q̇bus viſu mentis ꝑceperūt eiꝰ diuinita
tem in carne latentem. Et h̄ modo oculi vi
dentes chriſtum beati ſunt. q̇ ſcꝫ vt dic̄ ma-
gnus Albertꝰ. ſic chriſtū exteriꝰ aſpexerūt
ꝙ interiꝰ diuinitatem ꝑ fidē in eo ex exteri-
oribꝰ miraculis intellexerunt. Vel ſic econ
uerſo. q̇ ſcꝫ interiora diuinitatis chriſti ītel
lexerūt vt eam vnitam humanitati quam
videbāt crediderūt. et tali mō nūq̄ꝫ ē viſus
niſi a pn̄tibꝰ deitatē et hūanitatē eiꝰ cogno
ſcentibꝰ. ⁊ h̄ eſt ꝙ dicit. Beati oculi q̇ vidēt
q̄ vos videtis. ¶ Ad rōnes in oppoſitum.

¶ Ad primā rn̄detur. ꝙ nō ꝯponuntur.
Un̄ eſt notandū ꝙ duplex dr̄ beatitudo et
in via. Quedā rei q̄ ꝯſiſtit in munere diui
no. ſiue ꝑ participatiōem diuini muneris.
de q̊ q̄nto alicui plus ꝯcedit̄. tanto beatioꝛ
eſt. ⁊ ſic q̄ntū ad h̄ dr̄ h̄. Beati oculi q̄ vidēt
zc. qꝛ h̄ mun⁹ gratie habuerūt. Alia eſt bea
titudo ſpei q̄ ꝯſiſtit in merito. vn̄ ſm̄ hanc
tanto q̄s eſt beatioꝛ quāto p̄t plus mereri.
plus āt meret̄ q̄ credit ⁊ nō vidit q̄z q̄ videſ
credit ¶ Ad ſc̄dam reſpondet̄. ꝙ loquitur
de viſione vtraqz. ſicut dictū eſt. ¶ Ad ter
tiā rn̄det̄. ꝙ nō loquitur de beatitudine pa-
trie. ſz de illa q̄ dr̄ ſpei q̄ habetur in via. Uel
dicendū ꝙ tales dicūtur beati ⁊ nō ꝓphete
qꝛ lz ꝓphete aliq̄ viderūt chriſtū ꝑ fidē a lō
ge ꝓſpiciendo. nō tn̄ viderūt euz p̄ntem int̄
eos ꝯuerſando ſicut viderūt apoſtoli. ⁊ iō
dicūt̄ beati. qꝛ in eis fuit cōpletū qđ antiq̄s
pr̄ib⁹ fuerat ꝓmiſſum.

## Ad ſecūdam queſtio

nem. ſic ꝓcedit̄. Et videt̄ ꝙ de⁹ in ſtatu vie
nō poſſit imediate a nobis amari. ¶ Pri
mo ſic. Incognita amari nō p̄nt. vt dic̄ au-
guſtin⁹. x. de trini. Et pħus. ix. Ethicoꝝ. ſed
nos in ſtatu vie nō videm⁹ imediate deuz.
qꝛ nō ꝑ eſſentiā. ſed ꝑ ſpeculū in enigmate.
vt dr̄. j. Coꝝ. xiij. ergo nec ip̄m imediate per
eſſentiā amare poſſum⁹. ¶ Sc̄do ſic. Co-
gnitio patrie excedit cognitiōez vie in quā-
tum homo videt in patria deū ꝑ eſſentiam
ſi ergo in via hō imediate ꝑ eſſentiaz ama-
ret deum. caritas patrie non excederet ca-
ritatē vie. qđ eſt falſum. ¶ Tertio. Homo
a deo diſiungitur ꝑ peccatū. ſm̄ illud Yſa.
lix. Peccata vrā diuiſerūt int̄ vos et deum
veſtrū. ſed peccatū magis eſt in voluntate
q̄z in intellectu. ergo minus hō p̄t in ſtatu
vie diligere deū imediate q̄z imediate eum
videre. ¶ In oppoſitum eſt euangelium
preſens. vbi dr̄. Diliges dn̄m deū tuum. zc.
¶ Sc̄do ſic. Cognitio vie ꝑ h̄ ꝙ eſt mediā
tib⁹ creaturis dr̄ enigmatica. et euacuatur
in patria. j. Coꝝ. xiij. Sed caritas nunq̄z ex
cidet. vt ibidem dicit ap̄ls. ergo caritas nō
diligit deū mediante creatura. ſz imediate
deo adheret. ¶ Rn̄deo dicendū ſub iſta
concluſione. ꝙ de⁹ in ſtatu vie imediate p̄t
amari et amat̄ a ſanctis. Un̄ Auguſtin⁹
in libro ꝯfeſ. Ue illis q̄ diligūt nutus tuos
ꝓ te. Nutus āt diuini dicunt̄ participatio
diuine bonitatis in creatura. ergo deus a
ſanctis amatur in ſtatu vie imediate. non
ſm̄ ꝙ e⁹ bonitas in creaturis participatur
Pro qua ꝯcluſione notandū iuxta ſāctū
Thomā in tertio. ꝙ in potentijs ordinatiſ
ita eſt. ꝙ vbi terminat̄ operatio p̄oris poten-
tie. ibi incipitur operatio ſequentis. ſicut p̄z
ꝙ ſenſus termīat̄ ad imaginatiōz q̄ eſt mo
tus fact⁹ a ſenſu ſm̄ actū intellect⁹ et in ter
mino imaginatiōis incipit. qꝛ fantaſmata
accipit ꝓ obiecto. vt dr̄ tertio de aīa. et idō
illaꝝ rerū q̄ non habēt fantaſmata cogniti
onez non poteſt accipe niſi ex reb⁹ quaruꝫ
ſibi repſentantur fantaſmata. vnde i ſtatu
vie in qua accipit a fantaſmatib⁹ nō p̄t im
mediate videre. ſed opoꝛtet ꝙ ex viſibilib⁹
quoꝝ fantaſmata capit in ei⁹ cognitōnem
deueniat. q̄zuis aūt ip̄am dei eſſentiam nō
videat imediate. tamen cognitio intellect⁹
ad ip̄m deum terminatur. qꝛ ip̄m eē ex effe
ctib⁹ cōprehendit. vnde operatio voluntatiſ
circa ip̄m deum immediate eſſe poteſt. nul
lo medio interueniente q̊d ad voluntatez
ꝑtineat. multis tamen medijs p̄cedentib⁹
ex parte intellect⁹ quibus in deū cognoſcē
dum ꝑuenit. ¶ Ad rōes i oppoſitū. ¶ Ad
p̄mam reſpondetur. negando conſequen
tiam. Et rō eſt. q̊a q̄zuis incognita amare
n̄ poſſum⁹. opoꝛtet enī ꝙ amoꝛ ſit cogniti
aliqualiter. tamen non opoꝛtet ꝙ ſit idem
oꝛdo cognitōnis et dilectōis. nam dilectō
eſt cognitōnis termin⁹. et ideo vbi deſinit
cognitio ſcz in ip̄a re q̄ ꝑ aliaz cognoſcitur
ibi ſtatim dilectio incipere p̄t. ⁊ ita illud qđ
cognoſcitur in alio poteſt in ſeip̄o amari.
¶ Ad ſecundam rn̄det̄. negando cōſequē
tiam. Et rō eſt. qꝛ q̄nto bonū pleni⁹ cogno
ſcitur. tanto magiſ eſt amabile. et precipue
illud bonū quod eſt finis. et in quo non in
uenitur aliq̊d q̄ offendatur affect⁹. et ideo
qꝛ deus pleni⁹ cognoſcit̄ in patria q̄z nunc
etiam plenius amabitur. ſz iſta diuerſitas

ex parte cognitõnis erit ꝑ id q̊d ē ꝓpriũ co-
gnitõni.ſcʒ cognoſcere ꝑ ſe.et ĩ alio.et iõ nõ
erit vni⁹ rõnis cognitio vie et patrie.ĩ affe-
ctu ãt erit ꝑ diuerſitatē nõ ei⁹ ꝑ q̊d ad eam
ꝑtineat.ſʒ ꝑ diuerſitatē cognitõis.et tñ erit
eadeʒ ratio amoꝛis.ſed differt amoꝛ ꝑ ma-
ius ꝛ ꝑ min⁹ ¶ Ad tertiam rñdetur.negã-
do ꝯſequentiã.Et rõ ē.qꝛ ꝑ caritatē tollitur
auerſio a deo q̄ ē ꝑ peccatũ.nõ ãt ꝑ ſolã co-
gnitõem.et ideo caritas eſt q̄ diligẽdo aĩaʒ
imediate deo ꝯiungit ſpũali vinculo vnio-
nis.

## Ad tertiam queſtiõʒ

Utꝝ mod⁹ ille ď diligendo deũ toto coꝛde
q̊ implicatur in p̄cepto p̄dicto poſſit ĩ via
ſeruari.ſic ꝓceditur. Et videt̃ ꝙ nõ poſſit ĩ
via obſeruari ¶ Pꝛimo ſic.Nõ poſſum⁹
in hac vita ſine peccato manere.j.Jo.j.ſed
cũ q̊s peccat nõ diligit deum toto coꝛde.er-
go illud p̄ceptũ nõ p̄t totalit̃ ĩ via adĩpleri
¶ Scd̃o ſic Non p̄t ſimul coꝛ ad multa ſe
habere.ſed opoꝛtet dum in hac vita ſum⁹.
ꝙ coꝛ rebus tꝑalib⁹ aliq̃ñ appũnam⁹.ergo
non p̄t hõ in hac vita toto coꝛde diligere.
¶ Tertio ſic.Non p̄t de⁹ a nobis totaliter
diligi.ergo ꝑ ꝯſequens toto coꝛde nõ poſ-
ſum⁹ dilig̃e.ꝯſequentia videt̃ bona.antece-
dens patet.Deus non p̄t intellectu comp̄-
hendi vt totalit̃ videat̃.ergo nõ p̄t cõp̄hen-
di affectu vt totaliter diligatur.ꝯſequẽtia
eſt bona.qꝛ amoꝛ ſequitur cognitõnem.
¶ In oppoſitum ē euangeliũ pñs.Dic̃ eni
Hiero⁹.Qui dicit deuʒ aliq̊d impoſſibile
p̄cepiſſe hõi anathema ſit.ſed h̄ de⁹ p̄cepit
oib⁹ in ſtatu vie exiſtẽtib⁹.ergo hereticuʒ eſt
dicere ꝙ p̄dictũ p̄ceptũ nõ poſſit in via ob-
ſeruari ¶ Rñdeo dicendũ iuxta ſanctum
Thomã.ꝙ totũ et ꝑfectũ idē ē.vt ꝑ Phus dic̃
Ratio ãt ꝑfecti in h̄ ꝯſiſtit.vt nihil ei deſit.
Sed h̄ ꝯtingit dupliciť.aut ita ꝙ nihil ďſit
eoꝝ q̄ natum eſt habere.aut ita ꝙ nihil de-
ſit eoꝝ q̄ dʒ habere.Sicut aliq̊s hʒ ꝑfectam
q̄ntitatē q̄ntum requirit hũana natura.et
ſi nõ habeat q̄ntitatē gigantis quã poſſibi-
le ē eſſe in hũana natura.Pꝛima ergo ꝑfe-
ctio humane nature eſt in ſtatu gl̃e.q̃ñ hõ

habebit totũ h̄ q̊d poſſibile ē eē ĩ humana
natura Sed ſcd̃a ꝑfectio eſt nature cõdite
q̃ñ ſcʒ homo habeat totũ h̄ q̊d debebit ha-
bere ſ̄m temp⁹ illud Et ſ̄m h̄ ẽt duplex tota-
litas in dilectõne dei attendit̃.Una q̃ nihil
deerit de his q̄ p̄t homo expendere in amo-
rem dei q̃n in dilectõne ponat.Et de hac p̄-
ma totalitate ponitur iſta ꝯcluſio.ꝙ h̄ qui-
dem ꝑfectio ſiue totalitas nõ p̄cipit̃ vt faci-
enda.ſed magis oſtenditur vt ſciatur q̊ ꝑ-
ueniendũ eſt.vt dicit Aug⁹.ſed ſic implet̃
in patria.qꝛ ibi mens fertur in deũ totalit̃
et ꝑfecte q̃ntum ſibi eſt poſſibile.et ſine ali-
qua interruptõe.Alia aũt eſt totalitas ſ̄m
quã nihil hõ ſubtrahit de his q̄ dʒ ponere
ſ̄m temp⁹ illud in amoꝛe dei.et hec totali-
tas excludit omne quod eſt ꝯtrarium re-
pugnans dilectioni diuine.non aũt id q̊d
ad temp⁹ actũ dilectõnis intercipit.qꝛ ſem-
per agere ſ̄m actum virtutis nõ eſt niſi eo-
rum q̊ ſunt in ſtatu beatitudinis.que ꝑfe-
ctio felicitatis eſt in operatione.perfectio
virtutis eſt in habitu.et iſta adimpletur in
via q̃ñ nihil diligitur contra deũ.Jſta enĩ
ꝑfectio eſt q̄ debet ineſſe ex debito neceſſita-
tis.vt puta.ꝙ diligatur de⁹ toto coꝛde.id ē.
intellectu ſine erroꝛe.quod nõ faciũt infid̃-
les ꝛ ſoꝛtilegi.Tota aĩa.id eſt.voluntate ſĩ
ꝯtradictõne.quod nõ faciũt q̊ poſt cõcu-
piſcentias ſuas currũt.Ex oib⁹ viris ſuis
id eſt.operibus que explẽtur per vires ani-
me et coꝛpoꝛis.quod non faciunt qui mẽ-
bꝛa ſua exhibent ſeruire iniquitati ad iniq̊-
tatem.Et tota mente.id eſt.iugi memoꝛia.
quod non faciũt cupidi et auari.quia vbi
eſt theſaurus tuus ibi et coꝛ tuum.Alber-
tus.Sic ex toto coꝛde dilige.vt motus vi-
te ad ipſum referas.Ex tota anima.vt in-
telligentiam et voluntatem et memoꝛiam
cum coꝛpoꝛalibus oꝛganis ad ipſum con-
uertas.Ex omnibus viribus.vt nihil tibi
de viribus tuis retineas vel attribuas tibi
Ex omni mente tua.vt omnia oꝛdines ca-
ritatis oꝛdine.vt nihil inoꝛdinatum relin-
quas.Sic enim attingit charitas a fine
vſq; ad finem foꝛtiter et diſponit omĩa ſua-
uiter.

## ¶ In domīca decima

quarta eſt euangeliū. Dum iret ihs in bie
ruſalem. ꝛc. Lu. xvij. Circa qd pñt diſputa-
ri ſequentes queſtões. ¶ Prima. Utrū
ad ſanandū lepram peccati ſit neceſſariū
ꝯfiteri ſacerdoti. ¶ Scḋa. Utrū nouē lepſi
nō reddentes grās chriſto de eoꝝ curatio-
ne peccauerunt mortaliter.

## AD primā queſtō

nē. ſic ꝓcedit̄. Et videtur ꝙ ad ſa-
nandum lepram peccati nō ſit ne
ceſſariū confiteri ſacerdoti. ¶ Primo ſic.
Curatio lepre peccati p̄cedit ꝯfeſſionē. vñ
in euangelio ḋr. ꝙ iſti decē leproſi dū irent
ad oſtendendū ſe ſacerdotibꝰ mūdati ſūt.
et ita anteq̄z ſe oſtenderent. ergo videtur ꝙ
ad curatōem lepre peccati ꝯfeſſio nō ſit ne-
ceſſaria. ¶ Scḋo ſic. Aliquibꝰ eſt peccatū
dimiſſū ſine h̄ ꝙ ꝯfeſſi legunt̄. ſicut patȝ de
petro ⁊ maria magdalena. etiā de paulo.
ſed non minoris efficacie eſt grā remittēs
peccatū nūc q̄z tunc fuerit. ergo nec nūc eſt
de neceſſitate ſalutis ꝯfeſſio. ¶ Tertio ſic.
Dato ꝙ neceſſariū ſit ꝯfiteri. nō videtur ꝙ
ſacerdoti. penitentia eñi eſt ſacramentum
neceſſitatis ſicut et baptiſmꝰ. ſed in baptiſ-
mo ꝓpter ſacramenti neceſſitatem ē mini
ſter quilibet homo. ergo in penitentia ſuf-
ficit cuilibet ꝯfiteri. ¶ Quarto ſic. Ad con
feſſionem nō obligamur niſi ex diuina īſti
tutōne. ſed diuina inſtitutio nobis ꝓponi
tur Jacobi. v. Confitemī alterutrū peccata
vrā. vbi nō ſit mentio de ſacerdote. ergo et
ſi ꝯfitendum eſt. nō eſt neceſſariū ꝯfiteri ſa
cerdoti. ¶ In oppoſitū eſt euangeliū pñs
vbi dñs decē leproſis p̄cepit ſe pñtari ſacer
dotibꝰ. vbi ponit̄ ſignū mundatiōis lepre
peccati p ſacramentū penitētie. ergo videt̄
ꝙ ſolis ſacerdotibꝰ ſit fienda ꝯfeſſio ¶ Re-
ſpōdeo dicendū ſub duabꝰ ꝯcluſionibus.
¶ Prima eſt. ꝙ cōfeſſio eſt de neceſſitate
ſalutis ei q̄ peccati mortalis leprā incurrit
Jſta ꝯcluſio ḋclarat̄ iuxta ſanctū Thomā
Paſſio chriſti ſine cuius v̄tute nec actua-
le nec originale peccatū dimitti in nobis
operat̄ p ſacramentoꝝ ſuſceptiōes q̄ ex ipa
efficaciā hñt. et ideo ad culpe remiſſionē ⁊
actualis ⁊ originalis requirit̄ ſacramentū
ecc̄ie. vel actu ſuſceptū vel ſaltē voto. quan
do articulꝰ neceſſitatis non ꝯtemptꝰ ſacra
mentū excludit. et p ꝯſequens illa ſacramē
ta q̄ ordinantur ꝯtra culpam cum q̄ ſalus
eſſe non poteſt. ſūt de neceſſitate ſalutiſ. Et
ideo ſicut baptiſmus quo deletur peccatū
originale eſt de neceſſitate ſalutis. ita et pe
nitentie ſacramentū. Sicut aūt aliq̄s p h̄
ꝙ baptiſmū petit ſe miniſtris ecc̄ie ſubijcit
ad quos ꝑtinet diſpenſatio ſacramenti. ita
et p h̄ ꝙ ꝯfitetur peccatum ſuū ſe miniſtro
ecc̄ie ſubijcit. vt p ſacramentum penitētie
ab eo diſpenſatum remiſſionē ꝯſequatur
q̄ congruum remediū adhibere nō poteſt
niſi peccatum cognoſcat. quod fit per con
feſſionem peccantis. et ideo ꝯfeſſio eſt ḋ ne
ceſſitate ſalutis eiꝰ q̄ in peccatum mortale
cecidit. ¶ Scḋa concluſio. ꝙ neceſſario ſa
cramentalis ꝯfeſſio facienda eſt ſacerdoti
ſi adeſt vel haberi poteſt. Probat̄ ꝯcluſio.
Abſolutio penitentis ꝓpter quā fit cōfeſ
ſio non ꝑtinet niſi ad ſacerdotes. quibꝰ cla
ues ecc̄ie cōmiſſe ſunt. ergo confeſſio debꝫ
fieri ſacerdoti. Preterea ſic gratia que ī ſa
cramentis datur a capite in mēbra deſcen
dit. et ideo ſolus ille eſt miniſter ſacramen
toꝝ in quibꝰ gratia datur. qui habet mini
ſterium ſupra corpꝰ chriſti verū. quod ſoli
us ſacerdotis eſt. q̄ ꝯſecrare eucharīſtiam
poteſt. et ideo cū in ſacramento penitentie
grā cōferatur ſolꝰ ſacerdos eſt miniſter hꝰ
ſacramenti. et ideo ſoli facienda ē ſacramē
talis ꝯfeſſio que miniſtro ecc̄ie fieri debet.
dixımus ſi adeſt vel haberi poteſt. q̄ʒ alias
cōfeſſio fieret laico. vt infra dicetur. ¶ Ad
rōnes in oppoſitum. ¶ Ad primam rñde
tur. negando conſequentiam. Et ratō eſt.
q̄ʒ cum irent ad oſtendendum ſe ſacerdoti
bus. iam ꝓpoſitum intelligebātur habere
confitendi. et hoc ſufficit. ſicut dictum eſt.
¶ Ad ſcḋā rñdet̄. dupliciter. Primo. q̄a
licet illoꝝ non legatur confeſſio. potuit tñ
eē. multa enim ſunt facta que nō ſūt ſcripta
Secundo. rñdetur negando cōſequētiā.

Et rõ eſt. q̃a nõ eſt idem de alijs miniſtris ecc̃ie et de chriſto. chriſt⁹ eni habuit ptãtez excellentie in ſacramentis. vñ ſine his q̃ ad ſacramentũ ptinẽt potuit ⁊ poteſt rẽ ſacramenti ↄferre. ¶ Ad tertiã rñdetur. negando ↄſequentiã. regulariter tñ in caſu neceſſitatis ↄcedit̃. Unde ſicut baptiſm⁹ ẽ ſacramentum neceſſitatis. ita et penitentia. Baptiſm⁹ aũt q̃a eſt ſacramentũ neceſſitatis. habet duplicẽ miſtrum. vnũ cui ex officio baptizare incũbit. ſicut ſacerdotem. et aliũ cui rõne neceſſitatis diſpenſatio baptiſmi cõmittit̃. et ita et miſter penitentie cui confeſſio eſt facienda ex officio eſt ſacerdos. ſ; in neceſſitate et laic⁹ vicem ſacerdotis ſupplet. vt ei ↄfeſſio fieri poteſt. Unde d̃ pe. diſ. vj. d̃. Tanta eſt vis ↄfeſſiõis vt ſi ſacerdos deeſt ↄfiteatur homo primo ſuo. q̃ l; ptãtem abſoluendi non habeat. efficitur tñ dignus venia ex deſiderio ſacerdotis. ¶ Ad quartã rñdet̃. negando conſequentiam. Et ratõ eſt. q: Jacobus loquitur ex ſuppoſitõne diuine inſtitutõis. et q: diuinitus inſtitutio p̃ceſſerat de ↄfeſſione ſacerdotib⁹ facienda p h̃ q eis ptãtem remittendi peccata in apoſtolis dedit. vt pat; Joh. xx. Et ideo intelligendũ eſt q iacob⁹ ↄfeſſionez eẽ faciendam ſacerdotib⁹ monuit in verbis predictis.

## Ad ſecũdam queſtionem.

ſic p̃cedit̃. Et videt̃ q leproſi nõ redeũtes ad dandũ glãm deo ei grãs referendo de curatõne eoꝝ nõ peccauerunt mortalit̃. ¶ Primo ſic. Quia ingratitudo nõ ſemper eſt peccatũ mortale. vtpote. q̃ñ p̃cedit ex quadã negligentia. aut ex aliq̃ indiſpoſitõne hoĩs ad v̓tutem. iſti aũt potuerũt aliqua hmõi occaſione nõ redire ad dandũ glãm deo. ergo non vident̃ peccaſſe mortaliter. ¶ In oppoſitum videt̃ euangelium. q illos nouem videtur reprobare de hoc. ¶ Rñdeo dicendũ. noſtro iudicio q illi peccauerũt mortaliter. q̊niam in illa eoꝝ negligentia videntur incurriſſe ingratitudinis vitium. non recognoſcẽtes bñficiũ ſuſceptũ. nec laudãtes et glorificãtes dñm quẽ magnis clamorib⁹ ⁊ p̃cib⁹ ppulſarũt vt eoꝝ miſereret̃ ſanando eos a lepra. Uñ ſũt ſicut illi de q̃bus dicit apl̃s ad Roma. j. Non ſicut deum glorificauerũt aut grãs egerũt. quo circa meruerũt de ſuſcepto beneficio p̓uari. niſi q̃a dñs altiſſimus benignus eſt ſuper gratos et malos. Luce. vj. ¶ Ad ratões in oppoſitũ rñdetur. q ingratitudo illa videtur p̃ceſſiſſe non ex ſimplici quadam negligentia. ſed ex interiori ↄtemptu gratie ſuſcepte. credũtur eni fuiſſe d̓cepti a ſacerdotib⁹ quibus ſe p̄ſentauerunt. q̊ doctrine chriſti et miraculis detrahebãt et ſcd̓m eoꝝ informatõem attribuebant ſuã ſanatõnem obſ̓uationi legis. et non v̓tuti chriſti. l; a p̓ncipio fideliter et deuote potuiſſent ab eo ſanari.

## ¶ In dominica decima

quinta eſt euãgeliũ. Nemo poteſt duob⁹ dñis ſ̓uire. ⁊c. Matth. vj. Circa q̊d p̄ñt hec diſputari. ¶ Primo. Utrum homo põt duob⁹ dñis ſ̓uire. ¶ Scd̓o. Utruz poteſt quis deum odio habere. ¶ Tertio. Utrũ omnis ſollicitudo temporalium ſit prohibita

## Ad primã ſic pro

ceditur. Et videt̃ q homo poteſt ſ̓uire duob⁹ dñis. ¶ Primo ſic. Quis poteſt ſibi ↄſtituere duos fines. temporalem ⁊ eternum. nõ referendo vnuz ad alterum. ergo. ⁊c. ↄſequẽtia videtur bona. q: inde non p̄t duob⁹ dñis ſ̓uire. q: non p̄t ſimplicitas et vnitas intentõnis aĩe manere. antecedens p̓batur multipliciter. Primo ſic. Nihil p̓hibet eundem motũ eẽ gratie et nature. ſicut diligere. q: beneficus q̊d reſpicit naturam. et diligere q̃a bon⁹ quod reſpicit grãm. ergo nihil p̓hibet eũdẽ actũ referri ad finem nature et finem gratie. ſed finis nature ſ̓p eſt in creatura. finis gratie ĩ creatore. vni⁹ ergo et eiuſdem act⁹ poterũt cõſtitui duo fines. non referendo vnũ ad alterum. Secundo ſic. Cum ratio ſit vna potentia habẽs partem ſ̓upiorẽ ⁊ inferiorẽ rõne ſ̓upioris poteſt moueri in deuz. rõne

inferioꝛis que ꝯiuncta eſt ſenſualitati .i. id
qđ eſt neceſſarium.ita tñ ꝙ nec hunc fineꝫ
ponat oꝛdinatū ad alium.ergo.ꝛc. ¶ Ter
tio ſic. Poteſt q̄s ire ad ſanctum Jacobū
ex voto facto ex caritate.Jtem poteſt ire ex
naturali pietate ad videndū fratrem ſuuꝫ.
ergo eadem actio poteſt eē ex caritate et ex
naturali pietate.ſed caritas refert̄ ad fineꝫ
eternū.naturalis pietas ad finē tp̄alem.er-
go ſunt duo fines vniꝰ actionis .tp̄alis ſcꝫ
et eternꝰ. ¶ Jn oppoſitum eſt euāgelium
p̄ns.Unde Auguſtinꝰ in ſermone dñi de
monte.exponens illud. Si oculus tuꝰ fue
rit ſimplex.ꝛc. Niſi coꝛ ſimplex fuerit. mun
dum non erit.ſimplex autē q̄uo erit ſi duo-
bus dñis ſeruiatur.nec vna intentōne reꝝ
eternaꝝ purificet actionem ſuam.ſed eam
moꝛtalium rerum amoꝛe obnubilet. non
poteſt ergo munduꝫ et ſimplex coꝛ eē ſi di-
uidatur intentio.et ꝯſtituant̄ duo fines in
tempalibꝰ ꝛ eternis. ¶ Rn̄deo dicendum
iuxta Albertū magnum.ꝙ nemo. id ē.nul
lus homo cum ſit vnꝰ ꝛ omīa ſua tā in coꝛ
poꝛe q̄ꝫ in anima reducantur ad vnū.p̄t eē
diuiſus in duos dominos.Sicut enī vnū
membꝛum non eſt duoꝝ coꝛpoꝝū.nec vna
auis facit duos nidoſ.nec vnus bos ī duo
bus trahit agris.ſic nec vnꝰ indiuiſus ho-
mo duobꝰ dñis ſeruire poteſt.duobꝰ dicit
ecce in quo notat̄ dominij diuerſitas.vn̄d
vterqꝫ terminꝰ eſt foꝛmaliter accipiendus
Duo enī foꝛmaliter acceptū p̄ncipium eſt
alteritatis.ſicut dicit Pythagoꝛas.eo ꝙ ē
p̄mꝰ receſſus ab vnitate.Dñi aūt foꝛmalit̄
ſūt dñi foꝛma dominatōnis differentes.et
hoꝝ vnꝰ ñ eſt ſub altero.q̄a quoꝝ vnus eſt
ſub altero.materialit̄ ſunt plures.et ſm̄ foꝛ
mā dominij ſūt vnꝰ ſolꝰ.duo ergo foꝛmali
ter dñi non ꝯueniūt in legibꝰ ꝛ p̄ceptis.ꝛ
ſi vnꝰ eſt vꝛbane poteſtatis in p̄ceptiſ.alteꝛ
eſt tyrannꝰ.ꝛ ideo dicit gloſa de contraria
operantibꝰ dñis. ¶ Pꝛo reſponſione ad
argumenta iuxta Alexandꝛum de halis.
in.iij.eſt notanduꝫ.ꝙ ꝯſtituere duos fines
ſcꝫ tempalem ꝛ eternum cōtingit ita ꝙ ſint
oꝛdinati vt vnꝰ ꝓpter aliū.hoc cōtingit du
pliciter.ita ꝙ ponatur eternū finis vltimꝰ
tempale vero finis p̄rimꝰ.vl' econuerſo.vt
ita ꝙ non ſint oꝛdinati ſed vtrūqꝫ p̄ncipali
ter intendatur tempoꝛale et eternū.Si po
natur eternum finis vltimꝰ.et tempoꝛale
finis oꝛdinatꝰ ad finem.diſtinguūt alij ſic.
q2 aut eſt actio ſpūalis aut coꝛpoꝛaliſ.ſi ſpi
ritualis vt p̄dicatio et oꝛatio.et hmōi.non
poteſt referri ad tempalem fineꝫ.veluti ad
pecuniam.et p̄ ꝯſequens ad finē eternum.
ſcꝫ deum.vnde fas non eſſet vt aliquis p̄e-
dicaret aut celebꝛaret diuina iſto fine vt ac
quireret tempalia de quibus ſuſtētaretur
ad ſeruitium dei. Si vero ſit actio tēpalis
ſicut eſt laboꝛare in vinea.dicunt ꝙ poteſt
referri ad finem coꝛpalem.dum tñ referat̄
poſtmodū ad deuꝫ. vt fodere in vinea ad
pecuniaꝫ acquirendā qua ſuſtentetur ad
ſeruitiū dei. Si aūt ecōuerſo finis p̄rimuſ
ponatur deꝰ.ꝛ finis vltimꝰ tp̄ale ꝑuerſiſſi-
mū eſt.nam vt dicit Auguſtiꝰ. Humana
ꝑuerſitas eſt fruendis vti. ħ eſt diuina ad
aliuꝫ finem referre.Et ſm̄ ħ exponitur illđ
Ecc.ij. Ue ingredienti terrā duabus vijs.
dicit gloſa.Duabꝰ vijs ingredit̄ qui quod
dei eſt ope exhibet.et quod mundi eſt cogi
tatione querit. Si vero conſtituant̄ duo
fines comp̄ncipaleſ.tempoꝛale ꝛ eternum
accidit ꝑuerſitas.De qua dicit Auguſtiꝰ
ꝙ ꝑuerſitas eſt vtendis frui.hoc eſt tempo
ralia quibuſ vtendum non referre ad eter
na quibus fruenduꝫ eſt.ſm̄ ħ accipit illud
Ecc.j. Nō acceſſeris ad illū duplici coꝛde.
et illud Jacobi.j. Uir duplex animo incō
ſtans eſt in omnibus vijs ſuis.gloſa.Du-
plex eſt animo qui vult gaudere cū ſeculo
et vult gaudere cum deo.Jſtis habitis.di
cendum eſt ad argumenta ſingula. ¶ Ad
primam rn̄detur.negando conſequenti-
am.Et ratō eſt.q2 motꝰ nature oꝛdinatur
ad motum grē.gratia enī ꝑfectio nature ē
vnde in oꝛdine quodam ſe habent natura
et gratia.Unde ad illud quod dr̄.finis na-
ture eſt in creatura.intelligendū eſt.q̄lit̄
quidem finis eſt in creatura.et aliter finis
voluntatis ꝑuerſe.voluntas enī ꝑuerſa p-
onit finem in creatura excludendo fineꝫ
ſummū.natura aūt ponit finem ſummuꝫ

in creatura ordinabilē ad finem ſummū. non ergo erit ſimile de motu nature et grē et motu voluntatis in finem temporalē ⁊ eternum. ¶ Ad ſcdā ꝛ rn̄detur. negādo cōſequentiam. Et rō eſt. q̄a ratio non poteſt ordinate moueri ſi ſm deliberatōē equaliter conſtitueret finem deum. et id quod ē nature neceſſarium. nā motus inferioris partis rōnis debet ordinari et ſequi motū ſuperioris ꝑtis rationis. quia aliter peruerteretur ordo. ¶ Ad tertiā rn̄detur negando conſequentiam. Et ratio eſt. quia cum ratio deliberat de fine naturalis pietatis ⁊ de fine caritatis. ad hoc ꝙ ſit ordinatꝰ motus et meritorius. neceſſe eſt vt finis ṗncipalis ſit finis charitatis. bene poteſt tamē finis pietatis naturaliſ. ſcilicet viſio fratriſ apud ſanctum Jacobum eſſe cauſa accelerationis motus. non tamen ex hoc conſtituetur duplex finis principalis.

## Ad ſecūdā queſtiōē

ſic proceditur. Et videtur ꝙ homo deum odio habere non poſſit. ¶ Primo ſic. Dicit Dionyſius de diuinis nominibus. ꝙ omnibus amabile et diligibile eſt ṗmum bonum ⁊ pulcrum. hoc autem deus eſt. ergo a nullo odio habetur. ¶ Secundo ſic. Nullus poteſt ipſam bonitatem odio habere. ſicut nec maliciam velle. malum enī eſt omnino inuoluntarium. vt dicit Dionyſius quarto de diuinis nominibꝰ. Deus autem eſt bonitas ipſa. ergo nullꝰ poteſt eum odio habere. ¶ Tertio ſic. Odiū eſt auerſio quedam. ſed ſicut dicit Dionyſius primo capitulo de diuinis nominibꝰ Deus omnia ad ſeipſum conuertit. ergo nullus eum odio habere poteſt. ¶ In oppoſitum eſt euangelium preſens. Et illud ꝑs. Superbia eorum qui te oderunt aſcēdit ſemper. Et Johanniſ. xv. Nunc autem et viderunt et oderunt me et prēm meum. ¶ Reſpōdeo dicendū iuxta ſanctū Thomam. Odium eſt motus appetitiue potentie que non mouetur niſi ab aliquo apprehenſo. Deus autem dupliciter apprehendi poteſt ab homine. Uno modo ſm ſeipſum puta cum per eſſentiam videtur. Alio modo per effectus ſuos. cum ſcilicet inuiſibilia dei per ea que facta ſunt intellecta conſpiciuntur. Iſta diſtinctione poſita. ſit iſta prima concluſio. Deus in ſeipſo odio haberi non poteſt. quoniam ipſe per eſſentiā eſt ipſa bonitas. quam nullus odio habere poteſt. quia de ratione boni eſt ꝙ ametur. vnde impoſſibile eſt ꝙ aliquis videns deum per eſſentiam eum odio habeat.

¶ Secundo poteſt comprehendi per effectus ſuos. et quia eorum aliqui ſunt q̄ nullo modo poſſunt eſſe contrarij voluntati humane. ſicut ſunt eſſe viuere et intelligere. Eſt concluſio ſecunda iuxta Albertum ꝙ cum deus ſit principium dans eſſe et cōtinens in eſſe. et gubernans ad optimum ſue nature vnumquodq;. et cum oīa appetant eſſe ſicut et bonū a nullo poteſt haberi odio. ſed in iſta conſideratione oīa aut naturali aut animali aut intellectuali motu amant deum. Sunt autem quidā effectus dei. qui repugnant inordinate voluntati. ſicut inflictio pene. et etiam cohibitio peccatorum per legem diuinam. que repugnant voluntati deprauate per peccatum. Et ſic eſt tertia concluſio. Et ſcōm hanc conſiderationem talium effectuum ab aliquibus deus odio haberi poteſt. inquantum ſcilicet apprehenditur peccatorum prohibitor et penarum inflictor.

¶ Ad rationes in oppoſitum. ¶ Ad primam reſpondetur. ꝙ dictum Dioniſij de appetitu naturali intelligitur. quia tamen in damnatis peruertitur per id quod additur ex deliberata volūtate. Uel dicendū. ꝙ ratio illa procedit quantū ad illos qui vident dei eſſentiam. que eſt ipſa eſſentia bonitatis ¶ Ad ſecundam reſpondetur eodem modo. ¶ Ad tertiam reſpondetur. ꝙ deus conuertit omnia ad ſeipſum. inquantum eſt eſſendi principium. quia omnia inquantum ſunt. tendunt in dei ſimilitudinem qui eſt ipſum eſſe. ⁊c.

## Ad tertiam ſic proce

dit̄. Et videt̄ ꝙ nō oīs ſollicitudo tꝑaliū ſit ꝓhibita. ¶ Primo ſic. ex illo Lu. x. Martha ſollicita es erga plurima. ¶ Scd̄o ex illo ad Roma. xij. Qui ꝑeſt in ſollicitudīe. ⁊c. ¶ Tertio. ex illo. j. Cor. vij. Qui cū uxore ē ſollicit⁹ ē q̄ ſūt mūdi quō placeat uxori ¶ In oppoſitum eſt euāgeliū p̄n̄s. ¶ Reſpondeo iuxta dn̄m Albertuꝫ dicenduꝫ. ꝙ duplex eſt ſollicitudo. Una ē ſuffocās. et ē qn̄ vitalis ſpūs q̄ in nob̄ lucet fide. et calet caritate ſollicitudine p̄n̄tis ſeculi ſic ſtrigitur vel extinguit̄ ꝙ ad deū ſe extendere n̄ p̄t nec vebere virtutē ad obſequiū chriſti. nec ſpirare auras ſpūſſcti. tūc fit oīno quod dr̄ Mat. xiij. ꝙ v̄bū inter ſpinas cadēs a ſollicitudinib⁹ ⁊ curis ſeculi ſuffocat̄. et nō fert fructū. Et h̄ ſollicitudo ē qn̄ tāta cura mūdanoꝝ habet̄. ꝙ lucra mūdana p̄ponūtur diuinis. et h̄ ſollicitudo h̄ interdicit̄. Alia ē ſollicitudo ſpūm vitalem nō ſtringēs nec opꝑiens vt extinguat. ſꝫ poti⁹ dilatans. vt ille q̄ tot⁹ aſcendit ꝑ deuotōem ad deuꝫ dilatat̄ in ꝓuidentia cōmiſſoꝝ. et h̄ mō dr̄ ad Roma. xij. Qui ꝑeſt in ſollicitudine. ⁊c. ⁊ h̄ nō interdicit̄. ſꝫ ꝯcedit̄. et illis quib⁹ incūbit p̄cipit̄. j. Thi. v. Qui ſuoꝝ et maxīe domeſticoꝝ curā n̄ hꝫ. ⁊c. Eſt et̄ ſollicitudo circa tꝑalia bona nō tanq̄ꝫ circa finē vltimum ⁊ p̄ncipalia bona. ſꝫ ſic̄ circa organa ⁊ inſtrumēta ꝑueniēdi ad ꝯſequendū ſpūalia bōa. et talis ſollicitudo eſt licita. ſicut illa q̄ fuit Marthe. Ex his patet reſponſio ad obiecta.

## ¶ Dominica decima

ſexta ē euāgeliū. Ibat ih̄s ī ciuitatē q̄. ⁊c. Luce. vij. Circa quod mouetur tale dubium.

Utrum hoc miraculū q̄ reſuſcitauit filiū vidue fuerit ſufficiēt̄ oſtēſiuū diuītatiſ chriſti ſiue ꝙ chriſtus eſſꝫ ver⁹ d̄s. Et videt̄ ꝙ n̄ ¶ Primo ſic. Eſſe deū ⁊ hoīem ē ꝓprium chriſti. ſꝫ alijs m̄r̄is tā veteriſ q̄ꝫ noui teſtamēti ſcīs cōmune fuit reſuſcitare mortuū. ergo illa reſuſcitatio mortui nō fuit ſufficiens ad oñdēdū diuinitatē x̄pi ¶ Scd̄o ſic Uirtute diuītatiſ nihil ē mai⁹. ſꝫ aliq̄ fecert maiora miracula q̄ꝫ chriſt⁹. Dicit̄ ei Joh. xiiij. Qui credit in me opa q̄ ego facio ⁊ ipe faciet et maiora horū faciet. ergo videt̄ ꝙ h̄ miraculū nec alia q̄ chriſt⁹ fecerit fuerunt ſufficiētia ad oſtendēdū diuītatem chriſti. ¶ Tertio ſic. Ex particulari n̄ ſufficiēt̄ oſtē dit̄ vniuerſale. ſꝫ iſtud miraculū fuit q̄ddā ꝑticulare op⁹. ergo ex illo nō ſufficient̄ demōſtrata ē diuītas x̄pi. In oppoſitū ē euāgeliū. in q̄ ex magnitudīe miraculi dr̄. ꝙ accepit oēs timor. ſcꝫ admiratōnis. et glorificabāt deū. Itē patꝫ ex illo Joh. v. Opa q̄ dedit mihi pater vt faciā ipa teſtimoniū ꝑhibent de me. ¶ Reſpondeo dicenduꝫ ſub iſta ꝯcluſiōe. Miraculuꝫ h̄ q̄d chriſt⁹ fecit ſufficient̄ oñdit diuītatē chriſti ſiue chriſtū ſcd̄m eē. Iſta ꝯcluſio ptꝫ. q̄ꝛ ſuſcitatio mortui ſcd̄m ipam ſpeciē opis tranſcēdit oēm ꝑtātē creatē v̄tutis. ⁊ iō nō poterat fieri niſi v̄tute diuina. ¶ Scd̄o ptꝫ. ꝓpter modū obſeruatū in faciēdo h̄ miraculū. q̄ꝛ nō orādo ſꝫ imperando ꝓpa v̄tute fecit. Uñ dr̄ Lu. vj. ꝙ v̄tus exibat de illo et ſanabat oēs. Per h̄ oñdit ſicut dicit Cyrill⁹. ꝙ non accipiebat alienā v̄tutem. ſed cū eſſꝫ naturalit̄ de⁹ ꝓpam v̄tutem ſup infirmos oñdebat. Alij aūt ſcī q̄ fecerūt miracula faciebant hec implorando diuinā potentiā et clementiā. nō imperando. et ſi aliquando in talib⁹ imperabāt hoc non erat ꝓpria v̄tute. ſed exprimendo v̄tutem chriſti tanq̄ꝫ miniſtri ⁊ nō domini ¶ Ad ratōnes in oppoſitum. ¶ Ad p̄mā reſpondetur. negando cōſequentiam. Et rō ē. q̄ꝛ chriſtus operatus eſt hoc miraculum et alia propria virtute. quod non fecerunt alij. ſed virtute diuina. Unde quāſ q̄ꝫ alius homo aliquid horum fecit. ipo faciente fecit. hoc autem ipe non alijs facientibus fecit. vt dicit Auguſtinus. ¶ Ad ſecundam reſpondet̄. negando conſequentiaꝫ. Et ratio eſt. q̄ꝛ lꝫ x̄ps dederit ap̄lis ꝑtātē miracula faciēdi ⁊ maiora q̄ꝫ ipe fecerat per ſeipſum. maximū enim inter miracula

chriſti fuit φ ad tactum fimbrie eᵘ ſanabāt
infirmi.vt habet̃ Math.ix. Sed ṽ. Petro
legit̃ Actuū.v. φ ad eᵘ vmbram ſanabātur
infirmi.maius autez eſt φ ſanat vmbra q̃z
fimbria.non tn̄ apoſtoli fecerūt miracula
ṽtute ṗṗa.ſed ṽtute chriſti.ꝛ ideo ratio nō
ꝓcedit. ❡ Ad tertiā rn̄det̃ ei negando cōſe
quentiam.Et ad ꝓbatōem rn̄detur.φ quā
do aliquod particulare opus ꝓprium eſt
alicuiᵘ agentis.tunc ꝑ id particulare opuſ
ꝓbatur tota virtᵘ agentis.ſicut cum ratio
cinari ſit ꝓprium hoīs.oſtendit̃ aliq̄s eſſe
homo ex hoc ipō φ ratiocinat̃ circa q̊d cun
q̄z particulare propoſitum.Et ſimiliter cū
ṗṗa ṽtute miracula facere ſit ſoliᵘ dei.ſuffi
cienter oſtenſum eſt chriſtum eſſe deuz ex
quocūq̄z miraculo . quod propria virtute
fecit.

# ❡ In domīca decima

ſeptima eſt euangeliū.Cum intraſſet ih̄us
domū.ꝛc.Luc.xiiij.Circa q̄d poſſunt diſpu
tari ſequentes queſtiōes. ❡ Prima. Utrū
appetere ꝑlatōnem ſit peccatum. ❡ Scd̄o
Utrum ambitio ſit peccatum.

## Ad primam que

ſtionez.ſic ꝓceditur. Et videt̃ φ ap
petere ꝑlatōnem vt epiſcopatum
ſit licitum et non ſit peccatū ❡ Primo ſic
Dicitur.i.Thi.iij. Qui epiſcopatum deſi
derat bonū opᵘ deſiderat.ſed licitum ꝛ lau
dabile eſt bonū opᵘ deſiderare.ergo licitū
eſt deſiderare ꝑlatōnem ſiue epiſcopatuz.
❡ Scd̄o ſic. Status epiſcopoꝝ eſt ꝑfecti
or q̄z ſtatᵘ religioſoꝝ.ſed laudabile ē φ ali
quis deſiderat ad ſtatū religioſoꝝ trāſire.
ergo etiaz laudabile eſt φ aliq̄s appetat ad
epiſcopatum vel prelatōnem promoueri.
❡ Tertio ſic. Facta ſanctoꝝ que in ſcriptu
ra narrant̃ ꝓponunt̃ nobis in exempluz. ſꝫ
legit̃ Yſa.vi. φ yſaias ſe obtulit ad officiū ꝑ
dicatōis.q̄d ꝑcipue ꝯuenit ꝑlatis.ergo vi
det̃ φ appete̾ ꝑlatōez ſiue ep̄atum ſit lauda
bile.et ita nō ſit peccatuz. ❡ In oppoſitum
eſt euangelium preſens . vbi dn̄s repꝛ̄hēdit
eos q̄ ṗmos accubituᵘ eligebāt. Secundo ē
illud q̄d dicit Auguſtinᵘ.ix.de ciuitate dei
Locus ſuperior ſine q̊ populᵘ regi non p̄t.
et ſi adminiſtret̃ vt decz.tn̄ indecent̃ appetit̃
❡ Rn̄deo dicenduz iuxta ſanctū Thomā
in ſcd̄a ſcd̄e.φ in epiſcopatu tria poſſūt cō
ſiderari.quoꝝ vnum eſt ꝑncipale et finale
ſcilꝫ epiſcopalis op̄atio qua vtilitati proxi
moꝝ intēdit.ſꝫm illud Jo.vlt̃. Paſce oues
meas. Aliud eſt altitudo gradus. q̄r ep̄us
ſiue prelatᵘ ſup alios cōſtituitur.ſꝫm illud
Luce.xij. Fidelis diſpenſator ꝛ prudēs quē
conſtituit dominᵘ ſuper familiam ſuam.
Tertium autem eſt.φ conſequenter ſe ha
beant iſta.ſcꝫ reuerentia et honor et ſuffici
entia temporalium.ſꝫm illud.j.ad Thi.v.
Qui bene preſunt preſbiteri duplici hono
re digni habeantur Qua conſideratōe ha
bita reſpōdetur per ꝯcluſiōes. ❡ Prima
eſt. Appetere epiſcopatuz ratōne hm̄ōi cir
cumſtantium bonorum.ſcꝫ reuerentie ho
noris et ſufficientie temporalium ē illicitū
Patet.q̄r hoc ꝑtinet ad cupiditatē vel am
bitionem. Unde contra phariſeos domi
nus ait Matt.xxiij. Amant ṗmos accubi
tus in cenis.et ṗmas cathedras in ſynago
gis.ſalutatōnes in foro.et vocari ab homi
nibus rabbi. ❡ Secunda concluſio q̄n
tum ad ſecundm̄ ſcilicet ad celſitudinē gra
dus. Appetere ꝑlationem ſiue epiſcopatuz
eſt illicitum et peccatum. Patet.quia hoc
eſt ꝓ̄ſumptuoſum.patet. Nullus debꝫ ap
petere ſupra ſuas vires non ſibi proportio
natum.aliter enim eſſet ſtultus. Oratius.
Qui neſcit cāpeſtribus abſtinet ab armis
ſed ad epiſcopatum nullus eſt idoneus.ni
ſi qui ſꝫm gradum et conuenientiam om
nes alios excedit in conuerſatione et con
templatōne.ita vt in conſpectu ſui alij ſint
grex. Unde hanc idoneitatem de ſe preſu
mere maxime ſuperbie eſt. Unde dominᵘ
Matthei.xx.arguit diſcipulos primatum
querentes dicens. Scitis quia principes
gentium dominantur eorum.ꝛc. Ubi Chri
ſoſtomus dicit. Per hoc oſtendit φ gen
tile eſt primatus capere.et ſic gentiuz com
paratione eorum animas conuertit.
❡ Tertia concluſio. Appetere proximis

prodeſſe eſt ſm̄ ſe laudabile ⁊ v̄tuoſum. ve-
rū q2 ħ ꝑut eſt ep̄alis actus habet annexa3
gradus celſitudinē. ¶ Eſt ꝯcluſio quarta
ꝙ videtur p̄ſumptuoſum ꝙ aliq̄s preeſſe
appetat ad ħ ꝙ ſubditis proſit. niſi manife-
ſta neceſſitate iminēte. ſicut Grego⁹. dicit
in paſtorali. ꝙ tūc laudabile erat epiſcopa
tum querere qñ ꝑ ħ quāq̄3 dubium erat
ad ſupplicia grauiora ꝑuenere. hñ tñ abſq3
preſumptione poteſt quilibet appetere ta-
lia opa facere ſi eum ꝯtigerit in tali officio
eſſe. ita ꝙ opus bonu3 cadat ſub deſiderio.
nō autem ṗncipatus dignitatiſ. Vñ Chry
ſo. dicit ſup Mattheu3. Opus q̇dem deſi-
derare bonum eſt. ṗmatum autē honoris
concupiſcere vanitas eſt. ṗmat⁹ enim fugi
entem ſe deſiderat. deſiderantem ſe horret.
¶ Ad ratōnes in oppoſitū. ¶ Ad ṗmā re
ſpondetur. ꝙ apl's illud dixit vt dic̄ Greg.
in paſtorali. illo tempe qñ ille q̇ p̄erat ṗus
ad martiriū ducebat. ⁊ ſic nihil aderat i epi
ſcopatu quod appeti poſſet. niſi bonū op⁹.
¶ Ad ſcd̄am rñdet negando ꝯſequentia3.
Et ratio eſt. quia non eſt eadem ratō d̄ ſta
tu religionis et de ſtatu epiſcopali propter
duo. Primo q̇dem. quia ad ſtatū epiſco-
palem p̄exigitur vite perfectio. ſed ad ſta-
tum religionis non p̄exigitur. Et hmōi dif
ferentie ratio eſt. quia ſm̄ Dionyſiū. Per
fectio pertinet actiue ad ep̄um ſicut ad per
fectorem. Ad monachū autem paſſiue ſic̄
ad perfectum. Requiritur autem ꝙ ſit ꝑfe
ctus ad hoc ꝙ poſſit alios ad ꝑfectionē ad-
ducere. quod non p̄exigitur in eo q̇ debet
ad ꝑfectionem adduci. Eſt aūt p̄ſumptuo
ſum ꝙ aliquis perfectum ſe reputet. nō āt
ꝙ aliquis ad perfectionem tendat. Scd̄o.
quia ille qui ſtatum religionis aſſumit ſe
alijs ſubijcit ad ſpiritualia capiēda. et hoc
cuilibet licet. Vñ Aug⁹. xiij. de ciuitate dei
A ſtudio cognoſcēde veritatis nemo ꝓhi-
betur. quod ad laudabile ꝑtinet ociū. ſed il
le qui tranſit ad ſtatum epiſcopalem ſubli
mat̄ ad hoc ꝙ alijs prouideat. et hanc ſub
limatōnē null⁹ debet ſibi aſſumere. ſm̄ illd̄
ad Heb. v. Nemo aſſumit ſibi honorē. ſed
qui vocatur a deo. Et Chryſo. dicit ſuper
Mattheum. Primatum eccleſie cōcupi
ſcere non iuſtum eſt nec vtile. quis eni3 ſa-
piens vult ſe ſubijcere vltro ſeruituti et pe
riculo tali. vt decet pro omni eccl'ia. niſi for
te qui non timet dei iudicium. abutenſ pu
matu eccleſiaſtico ſeculariter. vt ſc3 conuer
tat ip̄m in ſecularem. ¶ Ad tertiā reſpōde
tur. negando cōſequentiam. Et ratio ē. q2
ſicut dicit Gregori⁹. in paſtorali. Yſaias q̇
mitti voluit ante ſe ꝑ altaris calculum pur
gatum vidit. ne non purgat⁹ adire quiſq3
ſacra miniſteria audeat. q2 ergo valde dif
ficile eſt purgatum ſe quemlibet poſſe co-
gnoſcere predicatōnis officium tutius de
clinatur.

# Ad ſecūdā queſtiōe3

ſic proceditur. Et videtur ꝙ ambitio nō ſit
peccatum. ¶ Primo ſic. Ambitio impor
tat cupiditate3 honoris. ſed honor de ſe q̇
dam bonu3 eſt. maxime inter exteriora bo
na. vnde et illi qui de honore non curāt vi
tuperantur. ergo ambitio non eſt peccatū
ſed magis aliquid laudabile. ſecundum ꝙ
bonum laudabiliter appetitur. ¶ Secun
do ſic. Quilibet abſq3 vitio poteſt appetere
quod ſibi debetur. ſed honor eſt p̄miu3 vir
tutis. j. Ethicoꝝ. et. viij. ergo ambitio hono
ris non eſt peccatum. ¶ Tertio. Illud per
quod homo prouocatur ad bonu3 et reuo
cat̄ a malo nō ē peccatu3. ſ3 ꝑ honorē hoīes
ꝓuocant̄ ad bona faciēda et mala vitāda.
ſic̄ phus dicit tertio Ethicoꝝ. Et Tulli⁹ in
libro d̄ tuſculaniſ queſtōib⁹. ꝙ honor alat
artes. ergo ambitio nō eſt peccatu3. ¶ In
oppoſitū ē euāgeliū pn̄s. i q̇ maifeſte rep̄ro
bat ambitiōe3 honoris i hoib⁹. ¶ Rñdeo
dicēdū. ꝙ ambitio ſēp ē peccatū. Iſta ꝯclo
ṗmo pat3 ex illo. j. Coꝝ. xiij. Caritas ñ ēam
bitioſa. non querit que ſua ſunt. nihil autē
repugnat caritati niſi peccatu3. ergo ambi
tio eſt peccatum. Pro qua concluſiōe ple
ni⁹ oſtendenda. notandū eſt iuxta ſanctu3
Thomā in ſecunda ſecunde. ꝙ honor ipor
tat quandam reuerentiam alicui exhibitā
in teſtimonium excellentie ei⁹. Circa aute3
excellentiam hominis duo ſunt attendēda.

¶ Primo quidē φ ſm illud φ hō excellit
nō habet homo a ſeipo. ſed eſt q̄ diuinum
in eo. et iō ex h nō debetur pncipaliter ſibi
honor ſed deo. ¶ Scdo ꝯſiderandū eſt φ
id in q̊ excellit datur homini a deo. vt ex eo
alijs proſit. Tripliciter ergo appetitū hono
ris cōtingit eſſe inordinatū. Uno mō per
h φ aliq̄s appetit teſtimoniū de excellentia
quā non hꝫ. quod eſt appetere honorem ſu
pra ſuā pportionē. Alio modo p h φ ho-
norē ſibi cupit nō referendo in deū. ¶ Ter
tio modo p h φ appetitus eꝰ in ipo honore
quieſcit nō referens honorē ad vtilitatem
alioꝝ. Ambitio autem importat inordina
tum appetitū honoris. vnde manifeſtū eſt
φ ambitio ſemper ſit peccatū. ¶ Ad rōes
in oppoſitum. ¶ Ad primam reſpōdet. ne
gando ꝯſeq̄ntiā. Et ratio eſt. qꝛ appetitꝰ ho-
ni debet regulari ſm ratōnem. cuiꝰ regulā
ſi tranſcendat erit vitioſus. & h mō vitioſū
ē φ aliq̄s appetat honorē nō ſm ordinē rati
onis. Uituperantur aūt qui nō curant de
honore. ſm φ ratio dictat. vt ſcꝫ vitent ea q̄
ſunt ꝯtraria honori. ¶ Ad ſecūdā rn̄detur
negando minorē. Dicimus eniꝫ φ honor
non eſt p̄mium v̓tutis quo ad ipm virtuo
ſum. vt ſcꝫ h pro p̄mio expetere debeat. ſed
pro p̄mio expetit beatitudinē q̄ eſt finis v̓-
tutis. dicitur aūt eſſe p̄miū virtutis ex par
te alioꝝ q̄ non hn̄t aliq̄d maius qd virtuo
ſo tribuāt q̄ꝫ honorem. q̄ ex hoc ipo magni
tudinē hn̄t. φ phibet teſtimoniū v̓tuti. vn̄
ptꝫ φ non eſt ſufficiēs p̄miū. vt dꝛ. iiij. Ethi
coꝝ. ¶ Ad tertiaꝫ reſpōdetur. negādo cō
ſequētiā. Et rō eſt. qꝛ ſicut p appetitum ho-
noris q̄n debito modo appetitur aliq̄ pvo
cantur ad bonū et reuocantur a malo. ita
etiā ſi inordinate appetatur poteſt eſſe hōi
occaſio multa faciendi. dum ſcꝫ non curat
qualiter cūq̄ꝫ honorē ꝯſequi poſſit. ſiue do
tibꝰ ſiue fallacijs. dꝛ etiam φ illi q̄ ſolū ppt
honorem vel bona faciunt vel mala vitāt.
non ſunt virtuoſi. vt patet per philoſophū
iij. Ethicorum. vbi dicitur φ non ſunt vere
fortes q̄ pter honorē fortia faciūt.

# In dominica decima

octaua eſt euangeliū. Audientes phariſei
Math. xxij. Circa q̊d poſſunt diſputari ſe-
quentes queſtiōes. ¶ Primo. Utrum ꝺ
de caritate fuerint danda duo precepta.
Scdo. Utrū hō ex caritate debeat diligē p-
ximū plus q̄ꝫ ſeipum. ¶ Tertio. Utrum
chriſtꝰ ſufficienter probauit phariſeis in ſe
habere diuinam naturam dicens. Quo-
modo ergo dauid in ſpiritu vocat euꝫ do-
minum.

AD primam que-
ſtionē. ſic pceditur. Et videt φ de
caritate non fuerint danda duo p̄
cepta. ¶ Primo ſic. Precepta legis ordi-
nantur ad virtutē. ſed caritas eſt vna vir-
tus. ergo de caritate non fuit dandum niſi
vnum p̄ceptum. ¶ Scdo ſic. Dic auguꝰ
in p̊mo de doctrina chriſtiana. Caritas in
primo non diligit niſi deū. ſed ad diligēdū
deum ſufficeret ordinatio p h p̄ceptū. Di-
liges dn̄m deū. ergo n̄ oportuit dari aliud
p̄ceptum de dilectōne pximi. ¶ Tertio ſic
Apoſtolꝰ dicit ad Roma. xiij. Qui diligit
primum legē impleuit. ſed non impletur
lex niſi p obſeruantiam omniū p̄ceptorū.
ergo omnia precepta includuntur in dile-
ctione proximi. ſufficit ergo hoc vnum pre
ceptum de dilectōne proximi. non ergo de
buerunt dari duo precepta charitatis.
In oppoſituꝫ eſt chriſtꝰ ī euāgelio preſenti.
q̄ duo p̄cepta ponit charitatis. ¶ Reſpō
deo dicendū ſub aliq̄bꝰ ꝯcluſionibꝰ. Pri-
ma eſt. φ duo precepta charitatis poſita a
chriſto in euangelio p̄nti ſunt ſufficientia.
Iſta ꝯcluſio pbatur ſic. Precepta in lege
ſe habent ſic ppoſitōes in ſcientijs ſpecula
tiuis. in quibꝰ ꝯcluſiones virtute ꝯtinētur
in p̄mis pncipijs. Unde q̄ pfecte cognoſce
ret pncipia ſm ſuam totam virtutem. non
opus haberet vt ei ꝯcluſiones ſeorſū ppo-
nerentur. ſed quia non omnes qui cogno
ſcunt principia ſufficiunt cōſiderare quic-
quid in principijs v̓tute continetur. neceſ-
ſe eſt propter eos vt in ſcientijs ex p̄ncipijs
ꝯcluſiones deducant. In opabilibꝰ aūt in
quibꝰ p̄cepta legis nos dirigūt. finis habꝫ

ratõnem p̃ncipij.dilectio aũt dei finis ẽ ad
quez dilectio primi ordinat̃.⁊ ĩõ nõ ſolum
oportet dare preceptum de dilectione dei.
ſed etiaz de dilectione proximi propter mi
nus capaces q̃ nõ de facili cõſideraret vnũ
hoꝝ p̃ceptoꝝ ſub alio ↄtineri. Scda ↄcl'o.
Inter iſta duo p̃cepta.p̃mũ dignitate ⁊ ma
ximũ eſt p̃ceptũ de dilectõe dei. Patz iſta
ↄcluſio ex illo v̾bo chriſti dicentis. Hoc eſt
p̃mũ et maximũ mandatũ in lege. Maxi-
mũ capacitate.illud ei ẽ in q̃ oĩa ↄtinentur
q: in iſto dilectio primi ↄcipit̃.ſm q̃ ĩ Ioh.
d̾. Qui diligit deũ diligit ⁊ primũ.et ideo
maximũ. Item eſt p̃mũ origine. ¶ Tertia
ↄcl'o.q̃ in his duob⁹ mãdatis vniuerſa lex
pendet ⁊ pph̃e.i.tota doctrina legis ⁊ pphe
tarũ dependet ab his. Iſta ↄcl'o pbatur ex
verbo chriſti. Scdo ratõne oſtendit̃ ſic. Fi
nis eñi in appetibilib⁹ ſe hz ſicut p̃ncipiũ in
ſpeculatiuis.pcedit eñi ſcia ex p̃ncipijs ad
ↄcluſiones.et ſicut tota ſcia ex p̃ncipijs iu-
dicat̃.ſic in oĩbus opationib⁹ totũ depen-
det a fine.q: ergo dilectio eſt finis. Finis p̃-
cepti eſt caritas vt dicit ap'ls.j.Thi.j.ĩõ ab
iſtis dependent oĩa alia.et hec eſt expoſitõ
Auguſtini. Origenes ſic exponit. In his.
idẽ.in obſuantia iſtoꝝ pendet intellect⁹ le-
gis et pphetaꝝ.q: q̃ hec obſeruat meretur
intelligentiã legis et pphetaꝝ.Ecc.ij. Qui
timetis dñm diligite illũ.⁊ illuminabũtur
corda veſtra.ps.A mãdatis tuis intellexi.
¶ Nũc ad ratõnes in oppoſitũ. ¶ Ad pri
mam r̃ndetur.negando conſequentiam.
Et rõ eſt.quia lz caritas ſit vna v̾tus.habz
tñ duos actus q̊ꝝ vn⁹ ordinatur ad alium
ſicut ad finẽ.p̃cepta ãt dant̃ de actib⁹ v̾tu-
tum.et ideo oportuit plura eẽ p̃cepta cari-
tatis. Ad ſcdaz r̃ndet̃.negando cõſequen-
tiam. Et ratio ẽ.q: lz de⁹ diligatur in proxi-
mo ſicut finis in eo qd' eſt ad finem.tamẽ
oportuit de vtroqz explicite dari precepta
ratõne iam dicta. ¶ Ad tertiã reſpõdet̃ eo
dem modo.

## Ad ſecũdã ſic proce

ditur. Et videtur q̃ homo ex caritate debe-
at plus diligere primum q̃z ſeip̃m. ¶ Pri
mo ſic. Principale obiectũ caritatis ẽ ds.
ſed qñqz homo habet primũ magis do cõ
iunctum q̃z ſit ip̃e.ergo magis debet aliq̃s
talem diligere q̃z ſeipum. ¶ Scdo ſic. De
trimentũ illi⁹ magis vitam⁹ quẽ magis di
ligim⁹.ſed homo ex caritate ſuſtinet detri
mentũ pro proximo.ſm illud Prouer.xij
Qui negligit damnũ pꝑter amicũ iuſtus
eſt.ergo homo debz ex caritate magis aliũ
diligere q̃z ſeip̃m. ¶ Tertio ſic ↄfirmãdo.
Id quod magis q̊s diligit in ſeip̃o ẽ viuere
ſed caritas facit ponere vitam corporalẽ p
fratrib⁹.ergo caritas facit magis diligere
primũ q̃z ſeip̃um. ¶ In oppoſitũ eſt euan
gelium p̃ns.vbi d̾. Diliges primum ſicut
teip̃m.ex quo videtur q̃ dilectio hominis
ad ſeip̃m eſt ſicut exemplar dilectõis que
habetur ad alterum.ſz exemplar potius ẽ
q̃z exemplatum.ergo ex caritate magis de
bet homo diligere ſe q̃z primũ. ¶ Rñdeo
dicẽdũ.q̃ in hoĩe duo ſunt.ſcz natura ſpiri
tualis.et natura corporalis. Plus homo
debet ſe diligere quantũ ad naturam ſpiri
tualẽ ſiue interiorẽ.q̃z q̃ntũ ad naturã cor-
poralẽ ſiuem exteriorem.⁊ ideo ea q̃ ſũt bo
na nature ſpiritualis ſiue interioris pl⁹ de
bet optare q̃z ea que ſũt bona ſibi ſm natu
ram exteriorem. Iſto p̃miſſo ſit iſta cõclu
ſio. Homo ſm naturã ſpiritualem magis
debet poſt deum diligere ſeip̃m q̃z quẽcũ
q̃z alium. Iſta concluſio patet ex ipſa rõne
diligendi. Nam deus diligitur vt p̃ncipiũ
boni.ſuper quo fũdatur dilectio caritatis
homo autem ſe diligit ex caritate ſm ratio
nez qua eſt particeps p̃dicti boni. Proxi
mus autem diligitur ſm rõnem ſocietatiſ
in iſto bono.conſociatio aũt eſt ratio dile
ctõnis ſm quandã vnionem in ordine ad
deũ. Unde ſicut vnitas potior eſt q̃z vnio
ita q̃ homo participet bonum diuinũ eſt
potior ratio diligendi q̃z q̃ alium aſſociet
ſibi in hac participatione. et ideo ex carita
te debet magis ſeipſum diligere q̃z primũ
Et huiuſmodi ſignum eſt q̃ homo non de
bet ſubire aliquod malum peccati.qd' con
trariatur participatõni beatitudinis vt p
ximum liberet a peccato. ¶ Scda ↄcluſio

eſt. ꝙ homo ex caritate magis debet diligẽ
primũ q̃ʒ ſeipm̃ ſm̃ naturã corpalem ¶ Pa
tet ↄcluſio. qꝛ illud eſt magis diligendum
qd̓ hʒ pleniorem rõnem diligibilis ex cari
tate vt dictũ ẽ. ↄſociatio aũt in plena parti
cipatõne beatitudinis q̃ eſt ratio diligẽdi
primũ. eſt maior ratio diligendi q̃ʒ partici
patio beatitudinis ꝑ redundantiam. q̃ eſt
ratio diligendi ꝓpriũ corpꝰ ſiue naturam
corpalem. ⁊ ideo primũ q̃ntum ad ſaluteʒ
anime plꝰ debemꝰ diligere q̃ʒ ꝓpriũ corpꝰ.
¶ Ad rões i oppoſitũ. ¶ Ad pmã rñdet
negãdo ↄſeq̃ntiã. Et rõ eſt. qꝛ dilctõ carita
tis nõ ſolũ hʒ q̃ntitatem ex ꝑte obiecti qd̓ ẽ
deꝰ. ſed etiam ex parte diligentis q̃ eſt ipſe
homo charitatem habens. ſicut et q̃ntitas
cuiuſlibʒ actõnis dependet quodãmodo
ex ipõ ſubiecto. et iõ lʒ primꝰ melior ſit deo
ꝓpinquior. qꝛ tñ nõ eſt ita ꝓpinquꝰ carita
tem habenti ſicut ipſe ſibi. nõ ſequit̃ ꝙ ma
gis debeat aliq̃s primuʒ q̃ʒ ſeipum diligẽ
¶ Ad ſecũdã rñdetur. negando ↄſequen
tiam. Et ratio eſt. quia homo debet detri
mẽta corpalia pati ⁊ ſuſtinere ꝓpt̃ amicũ.
et hoc ipſo magis ſeipm̃ diligit ſm̃ ſpũaleʒ
mentem. q̃a hoc ꝑtinet ad ꝑfectionẽ v̓tutis
q̃ eſt bonum mentis. ſed in ſpiritualibꝰ nõ
debet homo pati detrimentũ peccando vt
primũ liberet a peccato. ſicut dictuʒ eſt.
¶ Ad tertiã reſpõdetur. negando ↄſequẽ
tiam. Et ratõ eſt. qꝛ tradere ſe morti ꝓpter
amicuʒ eſt ꝑfectiſſimꝰ actꝰ v̓tutis. vñ hũc
actũ magis appetit v̓tuoſus q̃ʒ vitam pro
priam corpaleʒ. Unde ꝙ aliq̃s vitam pro
priaʒ corpalem ꝓpter amicũ ponat. nõ cõ
tingit ex hoc ꝙ aliq̃s plus amicũ q̃ʒ ſeipm̃
diligat. ſed qꝛ in ſe plꝰ diligit bonũ virtutis
q̃ʒ bonum corporale.

## Ad tertiam queſtiõʒ

ſic ꝓceditur. Et videtur ꝙ chriſtꝰ nõ ſuffici
enter ꝓbauit phariſeis in ſe habere diuinã
naturã. ex illo. Qũo ergo dauid in ſpũ vo
cat eũ dñm ¶ Primo ſic. Quia vt dicitur
Pſa. luij. Generatõem eiꝰ q̃s enarrabit. Si
ergo generatio eterna eſt ineffabilis. d̓ illa
nõ poteſt intelligi textꝰ ille. ergo ex illo nõ
potuit capi ſufficiens argumentũ. ¶ Se
cundo ſic. Textus ille non videtur poſſe in
telligi de chriſto. q̊ dr̓. Sede a dextris meis
qꝛ dextera et ſiniſtra ſunt differentie poſi
tionũ corpaliũ. ſed nihil corpale conuenit
deo. qꝛ deꝰ ſpũs eſt. Joh̓ iſ. iiij. ergo ſedere a
dextris non cõuenit filio dei. ¶ Tertio idẽ
arguitur ex illo quod ſequitur. Donec po
nam inimicos. ⁊c. ex quo videt̃ ꝙ poſtquã
poſuerit inimicos ꝙ vltra nõ ſedebit a dex
tris dei. In oppoſitum eſt euangelium. vbi
dr̓. ꝙ nemo poterat ei reſpondere verbum.
¶ Rñdeo dicenduʒ. ꝙ chriſtꝰ ſufficienter
ꝓbauit in ſe naturã diuinã eſſe. ex illo loco
¶ Pro cuiꝰ euidentia cõſiderandũ. ꝙ lʒ pha
riſei legiſperiti cognouerũt ieſum eſſe veꝝ
chriſtũ. et ꝑ conſequens deum et hominẽ.
quia tamen conceperũt contra eum odiũ
et rancorem. hec vera eſtimatio corrupta ẽ
in eis aliquo modo. ⁊ ideo inceperũt eum
negare et perſequi tanq̃ʒ blaſphemũ. quia
dicebat ſe eſſe dei filium. et ꝑ conſequẽs in
cipiebant corrumpere ſcp̓turas. et damna
re que loquebantur de eꝰ diuinitate. ꝓpter
quod dñs fecit eis illam queſtionẽ de chri
ſto cuius filiꝰ eſt. dicunt ei. Dauid ſolum.
ſcʒ diuinitateʒ negando. ſed chriſtꝰ ait illis
arguendo in contrariũ. Quomodo Da
uid in ſpũ. ſpũſancto inſpiratꝰ vocat eum
dñm dicens. Dixit dñs domino meo ſede
a dextris meis. ⁊c. Qʒ enĩ iſta ſcriptura in
telligat̃ de chriſto. patet. qꝛ ipĩ phariſei nõ
negauerunt hec. ſed conceſſerunt Sede a
dextris meis. Sedere a dextris vno modo
accipitur pro equalitate. ſicut ſupra circa
aſcenſionem dictum eſt. et ſic chriſtꝰ ſm̃ ꝙ
deus ſedet ad dexteram. Alio modo ẽ eſſe
in potioribus bonis. et hoc modo cõuenit
chriſto ſm̃ humanitatẽ. quia vt ſic ĩ gloria
p̃eſt angelis. donec ponam inimicos tuos
⁊c. Iſtud cõplebit̃ in iudicio. quando om
nia perfecte ſubijciẽtur homini chriſto. Si
ergo dauid vocat euʒ dñm. quomodo eſt
filius eꝰ. quaſi diceret. cum ſm̃ naturã hu
manaʒ ſit filius dauid. ⁊ ꝑ cõſequens eo in
ferior. oportet ponere in eo aliam naturaʒ
per quam ſit dñs eꝰ et eo ſupior. hoc ãt eſſe

nõ poteſt niſi ſit diuina. ⁊ ſic in chriſto ſunt
due nature. ſcʒ diuina ⁊ humana. ⁊ qꝛ ſuffi-
cient̃ ꝓbauit. hoc ſequit̃. Nemo poterat re-
ſpondere. qꝛ nõ poterant ſcpturaʒ negare.
nec auſus fuit quiſq̃ʒ ex illa die eũ amplꝰ
interrogare. Conſiderandũ tñ ꝙ vt dicit ma
giſter nicolaus de lyra ꝙ iudei moderni di
uinitatẽ chriſti negãtes dicũt p̃dictã auto
ritatẽ eſſe ad literã de abraam. ⁊ ꝙ Eleazar
diſpẽſator domus abrae fecit hũc pſalmũ
agens deo gratias de victoria quã habuit
abraã de q̃nqʒ regibus. vt patet Geñ. xiiij.
Poſt quã victoriã apparuit dñs abrae di-
cens. Noli timere Abraam ego ꝓtector tu
us ſum et merces tua magna nimis. Di-
cunt ergo ꝙ eleazar loquit̃ ſic. Dixit dñs. i.
deꝰ celi qui eſt dñs omniuʒ dixit dño meo
abraam. ſede a dextris. ⁊c. qꝛ ꝯfortauit eum
vt viſum eſt ꝓmittendo ei auxiliũ ⁊ p̃miuʒ
Sed iſta expoſitio ptʒ eſſe falſa ex multis.
Primo ꝑ titulũ pſalmi. vbi ponitur pſal
mꝰ Dauid. etiam in hebreo. qꝛ nõ ponitur
in pſalmis factis ab alijs. Scdo ꝑ illud ꝙ
ſcribitur in p̃s. Ex vtero ante luciferuʒ ge-
nui te. qd̃ non poteſt dici de Abraam. ꝙ ſit
genitꝰ ex vtero dei vel ſubſtantia. et ante lu
ciferum. i. ante mundi creatõnem. ſed ſolũ
poteſt verificari de filio dei. Et iterũ in fine
pſalmi dr̃. Tu es ſacerdos. ⁊c. qd̃ nõ poteſt
verificari de abraam q̃ non fuit ſacerdos.
et dato ꝙ fuiſſet. tñ ſacerdotiũ eꝰ nõ potuiſ
ſet fuiſſe eternũ. ſed ſolum ſacerdotiuʒ chri
ſti eſt eternũ. ¶ Ad rationes in oppoſituʒ.
¶ Ad primam rñdetur. negando conſe-
quentiam. q̊a lʒ generatio eterna ſit ineffa-
bilis hominibus. non tñ deo. qui de ea loqui
tur in ſacra ſcriptura ¶ Ad ſcdaʒ rñdetur
negãdo ꝯſequentiam. Et rõ eſt. q̊a ꝑ dexte
ram non intelligitur aliqua ſedes localis.
ſed equalitas glorie et honoris. ſicut dictũ
eſt. ĩ qua eſt equalis chriſtꝰ patri ſm quod
deus. ¶ Ad tertiaʒ rñdetur negando con
ſequentiaʒ. Et ratio eſt. quia li donec aliq̃n
importat tempꝰ determinatũ. aliq̃n infini
tũ. h̾ v̾o importat infinituʒ.

## ¶ Dominica decima

nona eſt euangeliũ. Aſcendẽs ih̃s in naui
culaʒ. Mat. ix. Circa q̊d poſſunt diſputari
ſeq̃ntes queſtiones. ¶ Prima. Utrũ chri
ſtus ſm qd̃ homo habuit ꝑtãtem dimittẽ
di peccata. ¶ Scda. Utrũ a chriſto fuerit
aliqua poteſtas collata miniſtris eccleſie
ad expulſionẽ vl̃ remiſſionẽ pcĩi. ¶ Tertia
Utrum eque facile ſit paraliticum curare
et peccata dimittere.

Ad primam que-
ſtionem. ſic proceditur. Et videt ꝙ
chriſtꝰ ſm qd̃ homo habuit ꝑtãtẽ
dimittendi pctã. ¶ Primo ſic. ex pñti euã
gelio. vbi dr̃. Ut aũt ſciatis qꝛ filiꝰ hoĩs habʒ
ꝑtãtem dimittendi peccata. dixit paralyti
co. Surge et ambula. ſʒ nõ oportebat oſtẽ
dere ſignũ ad ꝓbandũ ꝙ deꝰ haberet ꝑtãtẽ
dimittendi peccata. qꝛ h̾ iudei cõfitebãtur.
ergo ei ſm qd̃ homo habuit ꝑtãtẽ dimittẽ
di peccata. ¶ Secundo ſic. Chriſtꝰ ſm qd̃
homo eſt redemptor noſter. ſed nõ poteſt
aliq̇s liberari a ſuitute peccati. niſi ſibi pec
catũ dimiſſuʒ ſit. ergo chriſtꝰ ſm qd̃ homo
habuit ꝑtãtem dimittendi peccata. ¶ Ter
tio ſic. ſuꝑ illõ Joh. v. Sicut pater ſuſcitat
mortuos. ⁊c. Dicit Augꝰ. Judicat et ſuſci-
tat corpa non pater ſed filiꝰ ſm hũanitatis
diſpẽſatõem qua minor eſt patre. ſed ſuſci
tatio corpoꝝ atteſtatur ſuſcitatõnem aiaꝝ
q̄ fit ꝑ remiſſionem peccati. ergo chriſtꝰ ſm
qd̃ homo potuit dimittere peccata. ¶ In
oppoſitum ſic. Jllud qd̃ eſt ſoliꝰ dei non cõ-
uenit chriſto ſm q̊d homo. ſed dimitte pec
cata eſt hmõi. ſm illud Yſa. xliij. Ego ſum
q̃ deleo iniquitates tuas ꝓpter me. ergo nõ
ꝯuenit chriſto ſm quod homo. ¶ Scdo
ſic. Nulli remittitur peccatuʒ niſi ꝑ ſpiritũ
ſanctũ. ſed chriſtꝰ ſm q̊d hõ nõ poterat da-
re ſpũm ſanctũ. ergo nõ poterat remittere
pctã ſm q̊d homo. ¶ Reſpõdeo dicendũ
iuxta ſãctũ Thomã. ꝙ triplex eſt poteſtas
abſoluendi a pctõ. Una eſt poteſtas auto
ritatiſ. et h̾ ſoliꝰ eſt dei. q̊ ꝑ ꝓpã v̾tute peccata
dimittit q̄ꝛ p̃ncipalis cã remiſſiõis peccati
Unde de tali ꝑtãte ſit iſta ꝯcl̃o. Chriſtus re
mitte pctã ñ potuit ſm q̊d hõ. Patet ꝯcl̃o

ſic. Jlle ſolꝰ p̄t peccata dimittē ꝓꝓa ptāte q̄
poteſt aīas viuificare. ſed ſoliꝰ dei eſt aīas
viuificare. vt dicit Augꝰ. ſup Johē̄m. ergo
ꝛc. Alia poteſtas eſt miſterij. Et de tali eſt
ſcd̄a ꝯclō. ꝙ talis poteſtas ꝯuenit his q̇ ſa
cramenta miſtrant vel diſpenſant. ī quibꝰ
diuina vṫꝰ ſecretiꝰ opat̄ ſalutē. Tertia pote
ſtas eſt media q̄ dr̄ poteſtas excellentie. Et
de iſta eſt tertia ꝯclō. ꝙ hanc chriſtꝰ p̄ alijs
habuit. Attendit̄ aūt hec poteſtas q̄ntum
ad tria. Primo quātum ad h̄. ꝙ ex merito
paſſiōis eꝰ baptiſmꝰ efficaciā hʒ. nō aūt ex
merito alicꝰ alteriꝰ baptizantis. Scd̄o q̄n
tum ad h̄. ꝙ chriſtꝰ ſine ſacramento ſacra
mentoꝝ effectū ꝯferre potuerat q̄ͥ dn̄s ꝛ in
ſtitutor ſacramentoꝝ. qd̄ de alijs nō dr̄. ꝛc.
Tertio q̄ntū ad h̄. ꝙ ad inuocatōem nōis
eiꝰ dabat̄ remiſſio pctōꝝ in baptiſmo in p̄
ma eccl̄ia. Ad rōnes ī oppoſitū. Ad p̄
mā r̄n̄det̄. negādo ꝯſeq̄ntiā. Et rō eſt. q̄ꝛ fili
us habebat poteſtatē autoritatis dimittē
di peccata. n̄ ſm̄ q̄d hō. ſed ſm̄ q̄d deꝰ. ꝛ id̄o
ꝑ miraculū oſtenſū h̄ ꝓbat̄. ꝙ ille homo eſ
ſet deꝰ cui natura obediebat q̄ͥ ꝓꝓ creato
ri. Ad ſecūdā r̄n̄detur. negando ꝯſequē
tiaʒ. Et ratio eſt. quia redemptor vno mō
dr̄ ꝓpter vſum poteſtatis autoritatiue ī ab
ſoluendo a pctō. et ſic chriſtꝰ ſm̄ q̄d deꝰ re
demptor eſt. Alio mō dr̄ ꝓpter officiū hūi
litatis. ꝛ ſic cōpetit chriſto eſſe redemptorē
ſm̄ q̄d hō inq̄ntum ꝑ hūilitateʒ paſſionis
nobis remiſſioneʒ meruit peccatoꝝ. et hoc
ꝑtinet ad poteſtatem excellentie. vt dictū ē
Ad tertiā r̄n̄detur. negando conſequē
tiam de poteſtate autoritatiua. Dicimꝰ eī
ꝙ poteſtas quā chriſtus habuit ſuſcitandi
corꝑa nō fuit poteſtas tantū miniſterij. ſic
etiā petrꝰ mortuos ſuſcitauit. nec ē iterum
poteſtas autoritatis. q̇a hoc ſoliꝰ dei ē. ſed
eſt poteſtaſ cuiuſdā excellentie q̄ ei cōpetit
ex vnione ad deū. vt ſcʒ imperio non prece
mortuos ſuſcitaret. et ſimil̓ habuit poteſta
tem excellētie in remittēdo pctā.

## Ad ſecūdam queſtio

neʒ. ſic ꝓceditur. Et videtur ꝙ a chriſto fue
rit aliqua poteſtaſ collata miniſtris ad ex
pulſionem ſiue remiſſionē peccati. Pri
mo. Data eſt miniſtris aliq̄ poteſtas ſpū
alis. ſed ad emundatōnem corporaleʒ nō
requiritur aliqua poteſtas ſpūalis. ſʒ ſuffi
cit corꝑalis. ergo miniſtris collata eſt aliq̄
poteſtas ſpūalis ad emundatōʒ interiorē.
Scd̄o ſic. ſm̄ Dioniſiū. vj. celeſtis hie
rarchie. ad miniſtros eccl̄ie ꝑtinet purgare
illuminare et ꝑficere. ſed purgatio in eccle
ſia fit a ſordibꝰ mentis. ergo miſtris ē data
poteſtas coopandi ad interiorem emūda
tionē. Tertio ſic. Plus eſt expellere de
monē q̄ʒ ſeminatū ꝑ ipm̄ ſcʒ peccatū. ſʒ dſ
dedit hoībꝰ ptātez demones expellendi. vt
patet Luce. x. Ergo multo fortiꝰ potuit da
re poteſtatem expellendi peccatum. In
oppoſitum arguitur ſic. Maius eſt iuſtifi
care impiū q̄ʒ creare celum et terrā. ſʒ ī cre
atione celi ꝛ terre nihil dō coopabat̄. ergo
nec in iuſtificatōne impij. Rn̄deo dicē
duʒ ſub certis ꝯcluſionibꝰ iuxta triplicē po
teſtatem determinatā in ſuꝑiori queſtiōe.
Pria poteſtas autoritatis expellendi pec
cati ſiue emundandi aīas a peccatis non
poteſt creature alicui cōicari. Jſta conclu
ſio patet ſic. Quicq̄d enī cōicatū alicui tra
heret ipm̄ extra terminos ſpeciei non pōt
cōmunicari ei. ſicut equo non poteſt com
municari ꝙ habeat ratōem. q̄ʒuis h̄ com
municatū ſit homini. ꝙ autem cōmunica
tum alicui traheret ipūm extra terminos
creature non poteſt alicui creature cōmu
nicari. poteſtas aūt autoritatis ē hmōi. q̇a
non pōt eſſe ꝙ creatura ſit ꝑncipale agens
reſpectu nobiliſſimi effectus quo vltimo fi
ni cōiungit̄ aīa rationalis cuiꝰ eſt gratia. ꝑ
quā fit remiſſio peccatoꝝ Scd̄a concluſio
Poteſtas miſterij coopatōis ad emūda
tionē interiorē collata eſt miniſtris. non ſi
cut cauſans ſed ſicut diſponens ad eam.
Jpi enī ſacramēta conferūt q̄ ad grām di
ſponunt ꝑ quam fit remiſſio peccatorum
Unde Joh̄. xx. dr̄ diſcipulis. Quoꝝ remi
ſeritis peccata remittuntur eiſ. nec h̄ dr̄ q̄n
tum ad manifeſtatōem tantū. ſicut aliqui
volūt dicere. q̄ꝛ ſic ſacerdos noui teſtamē
ti non haberet maiorē ptātem q̄ʒ ſacerdos

veteris teſtamēti. ergo oportet intelligē ꝙ
aliq̊ mō cooꝑentur ad emūdatōem culpe
inſtrumentaliter ⁊ diſpoſitiue. ſicut dictu3
eſt. Tertia ꝯclō. Poteſtatē excellētie deus
hōi puro ꝯferre potuit. ⁊ ita miſtris ecclie.
potuit ei tante gratie plenitudinē conferre
vt eoꝝ meritū cooꝑet ad ſacramentoꝝ effe
ctus. vt ad inuocatōem nominū ipoꝝ ſan;
ctificarent̄ ſacramenta. ſed tn̄ nō fuit decēs
vt ꝯferret. ne ſpes ī hoīe poneret̄. et vt ecclie
verū caput eē oſtenderet̄ a q̊ oīa membra
ſpūalem ſenſū ⁊ motū reciperēt. q̊d ē xp̄us
¶ Ad rōnes in oppoſitū. ¶ Ad p̄ma3 re
ſpondetur. ꝙ poteſtas ſpūalis q̄ miniſtris
ecclie ꝯceditur ad aliq̊d interi⁹ ſe extēdit. ſic̄
virtus ſacramētalis. ſed non ad collatōem
gratie ꝑ quā eſt remiſſio peccatoꝝ directe
et p̄ncipaliter ꝑtingendo ſeu diſponendo.
ſicut dictu3 eſt. ¶ Ad ſcđam r̄ndet̄. ꝙ pur;
gatio de q̊ Dionyſius loquit̄ eſt a tenebriſ
ignorantie. ſicut ip̄emet dicit. vnde magis
pertinet ad intellectum q̄3 ad affectum.
¶ Ad tertia3 reſpōdetur. negando aſſum
ptū. Et ratio ē. q2 poteſtas data hoībus ex;
pellendi demones eſt q̄ntum ad effectum
nocumēti corporalis quē in vexatis faciūt
non q̄ntum ad effectu3 nocumēti ſpūalis
q̊d eſt peccatū. q2 ſoli⁹ dei eſt peccatū expel
lere et a ſeruitute demōis liberare. Jo. viij.
Si fili⁹ vos liberauerit vere liberi eritis.

# Ad tertiam queſtiō3

ſic ꝓcedit̄. Et videtur ꝙ nō eque facile ſit cu
rare paralyticu3 et pctā dimittere. ¶ Pri;
mo ſic. Virtute nature ꝑ artē medicine po
teſt paralytic⁹ q̄nq3 curari. ſed dimitte pec
cata ſuperexcedit intantū oēm v̓tutē creata3
et hūanam et angelicā vt ſit ſoli⁹ dei h̄ fa;
cere. ſicut pt3 Yſa. xliij. Ego ſum q̊ deleo ini
quitates et pctā. ergo. ꝛc. ¶ Secundo ſic.
Quanto aīa eſt nobilior corꝑe tanto pec
cata dimittere mai⁹ eſt q̄3 corpus ſanare.
¶ Tertio ſic. Maius eſt iuſtificare īpiu3
q̄3 creare celū et terrā. ergo magiſ eſt dimit
tere pctā q̄3 ſanare paralyticū. cū iuſtifica;
tio impij ſit pctōꝝ remiſſio. ¶ In oppoſitū
videt̄ eſſe p̄ns euangeliū. ¶ R̄ndeo dicen;
dū. ꝙ iſta comparatio poteſt fieri reſpectu
operantis. et ſic ambo ſunt eque facilia. vel
reſpectu operis. et ſic dimittere pctā eſt dif
ficilius. q2 vt dicit Auguſtin⁹. Magis eſt
de impio facere pium. q̄3 celum et terram
creare. q2 deus habet ibi reſiſtentiam. ſ. vo
luntatem prauam. In creatōne autē nihil
reſiſtens habuit. Vel poteſt fieri compara
tio reſpectu noſtre cognitōis. et ſic facilius
eſt dicere. Remittūtur tibi peccata q̄3 dice;
re paralytico Surge ꝛc. q2 illud n̄ videm⁹
iſtud aūt videntes admiramur. Chriſoſto
mus. Quanto anima potior eſt corpore.
tanto curatio aīe plus eſt q̄3 corꝑis. q2 illō
occultū eſt. addit quod manifeſtū eſt. Vel
poteſt intelligi reſpectu locutōnis. ac ſi di;
cat. Eque facile eſt dicere. Dimittuntur ti
bi peccata tua. et dicere. Surge et ambula
Si ergo videritis ꝙ ad meū dicere. ſurge ⁊
ambula. ſequitur curatio corporis. creda;
tiſ ꝙ ad meū dicere. remittunt̄ tibi peccata
tua. ſequitur curatio mentis. ¶ Ad ratō;
nes in oppoſitum. ¶ Ad p̄ma3 reſpondet̄.
ꝙ licet paralyſis virtute nature aliq̄n poſ;
ſit curari. non tn̄ ſubito nec ita ꝑfecte ꝙ ſta;
tim homo poſſit lectum in q̊ iacet portare
ſicut dicitur h̄. vnde ꝑ imperiu3 tanq̄3 ꝓpa
v̓tute ſanare paralyticū eiuſdē poteſtatis
eſt. ſicut dimittere peccata. ꝓpter quod dic
Quid eſt facili⁹ dicere. ꝛc. quaſi diceret. Eq
lis ſunt poteſtatis vtraq3. ex q̊ ꝯcludit v̓tu
qui p̄mo ſupponunt̄ petre. et hoc mō apo
ſtoli dicunt̄ eſſe fundamentū eccl̄ie. q̄a ipſi
p̄mo ſup̱edificati ſunt chriſto p̱ fideꝫ ⁊ cha
ritatem. Unde dr̄ ad Eph. ij. Sup̱edificati
ſup̱ fundamentū apoſtoloꝝ ⁊ ꝓphetaꝝ ⁊c̄.
Inter apoſtolos vō ſingularīꝰ petrꝰ. Tuꝫ
quia ipſe p̄mus fuit cōfeſſor hmōi fidei ſu
pra quā eccleſia fundata eſt. Tū ſecundo.
quia quantū ad poteſtatē iuriſdictiōis ec
cleſie. p̱ut ſtructura eccl̄ie ſurgit ſm diuer
ſos gradus ipſiꝰ poteſtatis. ſic petrꝰ ē iſte
ſup̱ quē ipſe chriſtus poſt ſe fundauit eccle
ſiam dando ſibi claues eccleſie. faciēs eum
ſolū generalē vicariū ſuper totā eccleſiam
⁊ ſup̱ omnes eccleſiaſticos gradꝰ in eccl̄ia
cōtentos. et ſic eccl̄ia nō eſt fundata ſuper
alios apoſtolos. quia tota poteſtas eccl̄ie
fuit petro collata. Nec habet eccl̄ia aliquā
poteſtatē iuriſdictionis niſi quā chriſtꝰ pe
tro cōceſſit. ¶ Ad ſecundā reſpōdet̄. ꝙ licꝫ
ſolius dei ſit ꝓpria autoritate abſoluere. fu
it tamen petri et eoꝝ q̄bus cū eo claues de
dit ſicut miniſtroꝝ et diſpenſatoꝝ miniſte
riorum dei. Et ad autoritatē inductā rn̄de
tur. ꝙ nō eſt ad ꝓpoſitū. quia ibi loquit̄ de
clauſione qua chriſtꝰ clauſit limbuꝫ ne ali
quis vltra in illum deſcēdat. ⁊ de apertiōe
qua p̱adiſum aperuit remoto impedimē
to nature p̱ ſuā paſſionē. Hoc enī ſolꝰ erat
chriſti q̄ humani generis ſolꝰ redēptor fuit
¶ Ad tertiā reſpondetur. ꝙ illa ratio bene
probat ꝙ directe ad remiſſionem culpe po
teſtas clauium non operatur ſed bene diſ
poſitiue.

¶ Ad tertiam queſtio
nem ſic p̱cedit̄ Et videt̄ ꝙ cathedra ſiue ſe
des petri ſicut fuit trāſlata de antiochia ro
mam. ita poſſit transferri ad aliā regioneꝫ
⁊ vrbē. ¶ Primo ſic. Petrꝰ nō fuit mino
ris poteſtatis poſt tranſlationē in romam
q̄ꝫ ante. ergo eque potuit ſucceſſor eiꝰ q̄ eſt
equalis poteſtatis tranſferre de roma ad
aliā regionē ſicut ante ¶ Secūdo ſic. Pa
pa eſt ep̄us vniuerſalis eccleſie que p̱ orbē
diffundit̄. ergo in qualibet regione poteſt
ſuā cathedrā inſtituere. ꝯſequētia videtur
bona. ¶ Tertio ſic. Papa ꝓpter plenitu
dineꝫ poteſtatis nō magis coartat̄ loco q̄ꝫ
tp̱e. ita ꝙ poſſit plꝰ vno tp̱e q̄ꝫ alio. et plus
vno loco q̄ꝫ alio loco. ergo nō magis tenet̄
reſidere in vno loco q̄ꝫ in alio ¶ In oppoſi
tū videt̄ Id q̄d inſtitutū eſt autoritate diui
na ⁊ inſpiratiōe diuina nō eſt tutū nec con
ueniens p̱ ſummū pontificem mutari aut
aliter ordinari. ſꝫ ſedes apoſtolica autorita
te dn̄i fuit tranſlata in romā. ergo videtur.
ꝙ ſine expreſſa autoritate dei nō poſſit p̱ ſū
mum pontificē transferri in aliā regioneꝫ.
¶ Rn̄deo dicenduꝫ. ꝙ hic nō querimꝰ de
poteſtate abſoluta q̄d poſſet fieri. qꝛ certuꝫ
eſt ꝙ rationabilibus cauſis occurrentibus
poſſet transferri in aliā regionē. Sꝫ de ꝯue
nientia ſiue de cōgruitate. et tūc videt̄ nob
ꝙ nō poſſet. Et hoc multiplici rōe. Primo
ratione iam dicta in arguendo. quia talis

tranſlatio in romā fuit mandato ⁊ autori
tate dn̄i facta. ⁊ nō legit̄ hoc nec reuocatū
nec mutatū. vn̄ videt̄ q̄ trāſlatio hm̄oi cō
uenienter fieri nō poſſet. Secūdo ſic. Qd̄
eſt datū apoſtolis petro ⁊ paulo p̄ gloria
⁊ magnitudine ſanctitatis eor̄ nō debet p̄
aliquos ſummos pōtifices ſucceſſores eiſ
auferri. ſ; magis cū omni reuerētia ⁊ deuo
tione cōſeruari. ſm̄ q̊d dr̄. ij. q. vij. q̄ nō ſine
cauſa factū putemus q̄ petr⁹ et paul⁹ vna
die et eodē loco. ſ. vrbe roma ſub vna perſe
cutione paſſi ſunt. quia dies elect⁹ eſt eis p̄
merito. loc⁹ p̄ gloria. ⁊ p̄ſecutio pro v̓tute.
Si ergo loc⁹ talis dat⁹ eſt eis p̄ gloria. ſ. q̄
rome ⁊ nō alibi martyrio coronarent̄. nō
eſſet cōueniens q̄ ſedes petri alibi transfer
retur. Tertio ſic. Qd̄ optima rōe inſtitutū
eſt nulla cauſa videt̄ mutandū aut varian
dū. ſed trāſlatio iſta de antiochia in romā
fuit optima rōne facta p̄pter honorē fidei
chriſtiane ⁊ gl'iam apoſtolice ſedis et eccle
ſiaſtici p̓ncipatus. Unde. ij. q. vij. Beati in
vrbe roma petrus ⁊ paul⁹ martyriū pertu
lerunt. q̄ p̓ncipatū et caput obtinebat natō
num. vt vbi erat caput ſup̄ſtitionis. illic ca
put q̄eſceret ſanctitatis. et vbi gentiliū p̓n
ceps habitabat. illic eccl'iarū p̓nceps mora
retur. ¶ Ad ratiōes in oppoſitū Ad omēs
ſufficit vna rn̄ſio. ſ. q̄ verū ꝯcludit de pote
ſtate abſoluta. ſ; de cōueniētia ⁊ ꝯgruitate
nō. Uel rn̄detur q̄ poteſtaſ pape circa hoc
eſt īpedita. quia trāſlatio illa facta fuit au
toritate ⁊ p̄cepto dei. ita q̄ ibi ali⁹ ſine inſpi
ratōe diuīa ⁊ ei⁹ autoritate nihil poſſ; age
re in cōtrariū

## In feſto matthie apo

ſtoli eſt euāgeliū. Cōfitebor tibi pater celi
⁊c. Matth. xj. Circa q̊d p̄nt diſputari ſeq̄n
tes queſtiones. ¶ Prima. Utrū beatus
matthias p̄ virtutē humilitatis meruit vt
a patre celeſti reuelaret̄ ſiue oñderetur ad
apoſtolatum aſſumendus. ¶ Secundo.
Utrū Matthias nouit filiū dei ¶ Tertio
Utrum melior ſit ſp̄ eligend⁹ ad dignitatē
eccleſiaſticam.

Ad primā queſti
onem ſic p̄ceditur. Et videt̄ q̄ bea
tus matthias p̄ v̓tutē hūilitatis
meruerit vt a patre celeſti reuelaret̄ ſiue oñ
deret̄ ad apoſtolatū aſſumēd⁹. ¶ Primo ſic
Matthias ad apoſtolatū elect⁹ eſt p̄ ſor
tem. vt habet̄ Act. j. ergo nō p̄ meritū hūili
tatis. ¶ Secūdo ſic. Meritū ꝯſiſtit ī cha
ritate. ergo ſanct⁹ Matthias nō p̄ v̓tutem
hūilitatis meruit vocari ad apoſtolatum
¶ In oppoſitum videt̄ euāgeliū. vbi dicit̄.
Cōfitebor tibi pater q̄a abſcōdiſti hec a ſa
pientibuſ ⁊ prudētib⁹. ſ. ſup̄bis. ⁊ reuelaſti
ea p̄uulis. i. humilib⁹ Prouerb. xj. Ubi hu
militas. ibi ſapiā. Matthias interp̄tat̄ hu
milis ⁊ p̄uul⁹. ¶ Reſpōdeo dicēdū q̄ bea
tus Matthias meruit p̄ue ibi ad apoſtola
tū p̄ v̓tutē humilitatis charitate informan
te. Job. xxij. Qui humiliat⁹ fuerit erit ī glo
ria. Et Prouerb. xv. Gl'iam p̄cedit humi
litas. Et Lu. xiiij. Qui ſe humiliat exaltabit̄
et p̄ multas alias v̓tutes q̄bus plenus fuit
Erat enī vt dr̄ in hiſtoria ſua. de illuſtri pro
ſapia oriūdus. q̄ litteris tradit⁹ oēm in bre
ui legis et p̄phetarū ſciam apprehēdit. laſci
uiam q̊; abhorrēs pueriles annos morū
maturitate vincebat Informabat q̊; aīm⁹
eius ad v̓tutē vt eſſet ad intelligentiā habi
lis. ad miſericordiā facil'. in p̄ſperis nō elat⁹.
in aduerſis ꝯſtās. ⁊ intrepid⁹ ſatagebat. vt
q̊d ſenſu p̄cepat ope cōpleret. Fuit ī lege do
ctiſſim⁹. corpe mūd⁹. aīo prudēs. ī ſoluēdiſ
queſtionib⁹ ſacre ſcripture exp̄tus. ī conſi
lio prouidus. in ſeminatōne verbi dei exp̄e
ditus. ¶ Ad rationes in oppoſitum. ¶ Ad
p̄mā rn̄det̄ negādo ꝯſequētiam Et ratio ē.
q̄a q̄ ſors ſup̄ eū caderet merito v̓tutū ſuar̄
fuit. Nec exemplo. vt ait Hiero. eſt ſortib⁹
vtendū. q̄a p̓uilegia paucor̄ cōmunē legē
nō faciūt. Preterea tūc t̄pis donec veritaſ
eſſet p̄palata licuit obſuare ſortes. vt dicit
Beda. Uera enī hoſtia in paſſiōe fuit imo
lata. ſed in pentecoſte ꝯſūmata. Et iō in ele
ctione Matthie ſortib⁹ vſi ſunt. ne a lege
diſcreparēt in q̄ ſumm⁹ ſacerdos ſorte q̄re
batur. Poſt pentecoſten v̓o iam veritate

propalata.ſeptē diaconoſ nō ſorte ſed diſci
puloꝝ electione.apoſtoloꝝ vͦo oratione et
man⁹ impoſitiōe ordinati ſunt. Cuiuſmo
di autē fuerūt hmōi ſortes. duo ſunt modi
dicēdi. Hieronymus ⁊ Beda volunt ꝙ he
ſortes tales fuerint q̄les ille quaruȝ in lege
veteri creberrimus vſus erat. Dionyſius
aūt q̇ fuit pauli diſcipul⁹. irreligioſum exi
ſtimauit hoc arbitrari. aſſerēs ſibi videri ꝙ
ſors illa nihil aliud fuerit niſi q̇dā ſplēdor
et radi⁹ diuinit⁹ ſup Matthiā emiſſus. ꝑ
quē ipſe oñdebaẗ in apoſtolū aſſumēdus.
¶ Ad ſecūdam reſpondetur negādo ꝯſe
quētiā. Et ratio eſt. q̇a licet charitas ſit p̈n
cipalis radix meriti. ꝑ alias tñ v̇tutes in q̄n
tum ſunt informate charitate q̇s meretur.
Unde Auguſtin⁹ libro de trinitate. Hūili
tatis paſſibus ad celi culmina aſcenditur.
q̄ꝛ deus excelſus nō ſupbia ſed humiliate
attingitur

Ad ſecundam queſti
onem ſic ꝓcediẗ. Et videẗ ꝙ ſanct⁹ matthi
as non nouit filiū dei ex p̄nti euāgelio. vbi
diciẗ. ꝙ nemo nouit filium niſi pater ¶ In
oppoſitū arguiẗ. Quia ſanct⁹ Matthias
fuit p̈mo vnus de ſeptuaginta duob⁹ diſci
pulis. et ita nouit magiſtrū ſuū filiū dei in
carnatū. ¶ Preterea. Fact⁹ apoſtol⁹ du
ctus in cōciliū facta longa diſputatione cō
tra ſummū pontificē ipſum alloquētem. ⁊
ipſe ꝑ legē ac ꝓphetas oſtēdebat manifeſte
que de chriſto erāt ꝓteſtans ſe ſeruū ei⁹ ⁊ i
pſum credere. ⁊ ita nouit eū. ¶ Preterea.
Cū ſit beat⁹ iā in patria poſit⁹ ⁊ beatitudo
ſanctoꝝ ꝯſiſtit in ei⁹ viſiōe. ſḃm illud Johis
xvij. Hec eſt vita eterna vt cognoſcāt te ſo
lum verū deū. et quē miſiſti ieſum chriſtuȝ
ergo multipliciter filiū dei nouit. ¶ Rñdeo
dicēdū. ꝙ poteſt diſtingui viſio ſiue cogni
tio dei. Una eſt naturalis quaȝ hō ꝑ lumē
naturalis ratiōis ex creaturis q̄ ſunt veſti
gia quedā dei colligit cognitionē aliquā ꝺ
deo. De qua dicit apl's ad Ro. j. Qꝺ notū
id eſt. q̊d cognoſcibile eſt de deo ab hoīe ꝑ
rōem manifeſtū eſt in illis. Dn̄s eni oñdit
illis. vno mō infundēdo eis lumē interi⁹ ꝑ
qꝺ hō cognoſcit. p̄s. Emitte lucē tuā ⁊ v̇ita
tem tuā. Secūdo ꝓponēdo ſue ſapiētie ſig̊
exteriora. ſ. ſenſibiles creaturas. Ecc̄. j. Effu
dit illam. ſ. ſapiām ſuꝑ oīa opa ei⁹. in q̇bus
ſicut in quodā libro dei cognitio legeretur
Uñ ſequiẗ Inuiſibilia dei ſcȝ vnitatem dei
bonitatē. ſapiam. potentiaȝ. et hmōi. ꝑ ea q̄
facta ſunt. Sicut eni ars manifeſtaẗ ꝑ ope
ra artificis. ita ⁊ dei ſapiētia per creaturas
Sap̄. xiij. A magnitudine enī ſpeciei crea
ture poterit eoꝝ creator videri. Secunda
cognitio ſiue viſio eſt q̄ habetur mediante
lumine fidei. nō ꝑ intellectuȝ. et eſt eoꝝ q̄ ex
cedunt oēm intellectū. ſȝ tantū habeẗ ꝑ reue
lationē diuinā factā ꝑ ſcripturā ſanctā. aut
ꝑ p̄dicationē chriſti ⁊ apoſtoloꝝ ſuoꝝ. ſicut
ſunt ꝙ de⁹ eſt trin⁹ ⁊ vnus. ꝙ ſit generatio
eterna in diuinis ⁊ ꝓceſſio ſpūſſancti. ꝙ fili
us dei fuit incarnat⁹. ꝙ ſit futur⁹ iudex vi
uorum ⁊ mortuoꝝ. ⁊ reliq̄ fidei myſteria. q̄
vt dicit apl's. j. Coꝝ. ij. Nob reuelauit de⁹ ꝑ
ſpūm ſuū. ſpūs enī oīa ſcrutaẗ etiā ꝓfunda
dei. Et iſta viſio eſt cōmunis oīb⁹ fidelib⁹.
Tertia cognitio ſiue viſio q̄ diciẗ beatifica.
ſcȝ viſio dei ꝑ eſſentiā. q̇a in ea cōſiſtit beati
tudo omniū ſanctoꝝ. ſḃm illud Johis. xvij.
Hec eſt vita eterna vt cognoſcant ⁊c. De q̄
dicit apl's. j. Coꝝ. xiij. Uidemus aūt nunc ꝑ
ſpeculū. i. ꝑ creaturas. in enigmate. i. in ob
ſcuro. tūc videbim⁹ in patria facie ad faciē
Et. j. Joh. iij. Uidebim⁹ eū ſicuti eſt Et iſta
eſt cōis omnib⁹ ſanctis. Quarta viſio dei
dꝛ viſio ꝑ cōprehenſionē. ⁊ iſta ſola eſt diui
narū ꝑſonarū. De iſta dꝛ Joh. j. Deum ne
mo vidit vnq̄m. Sup q̄ v̇bo dicit Chryſo.
Nec ipſe celeſtes eſſētie. ipa dico cherubin
⁊ ſeraphin. ipſum vt eſt vnq̄m videre potu
erunt. Et ꝺ tali viſione loquitur in preſenti
euāgelio. ¶ Tūc rñdeẗ ad q̄ſtione: ꝙ beatus
Matthias ⁊ alij beati vident filiuȝ dei viſi
one beatifica. ⁊ p̈mo in hac ꝑegrinatiōe ex
iſtentes viderūt ꝑ fideȝ. Nō vidēt nec vide
bunt viſione cōphenſiua filiū dei. quia de⁹
infinitus eſt. et ita incōprehenſibilis ab in
tellectu finito. Omne enī qꝺ cōprehēdit ali
quid vel eſt mai⁹ vel equale illi. null⁹ autē
intellect⁹ creatus poteſt eſſe maior deo nec

equaliſ. vnde a nullo ꝫ mō creato ītellectu
eſt viſibilis. Huiuſmodi enī viſio ſancte tri
nitati ꝓpria eſt. Nec eſt ꝯtra ꝫ qđ dicitur ī
p̄nti euangelio. ꝙ nemo nouit filiū niſi pat̄
quia ꝑ li niſi non excludit̄ ſpūſſanctꝰ. Pro
quo notandū ꝙ dictiōes excluſiue aliquā
do addunt̄ nominibꝰ diuinis eſſentialibꝰ.
aliqñ ꝑſonalibꝰ. Et cū adiungunt̄ ꝑſonali
bus reſpectu termini eſſential̄. nō excludūt
id qđ idē eſt in natura. ſꝫ potiꝰ includūt. qꝛ
licet alia ſit ꝑſona patris alia filij alia ſpūſ
ſancti. tñ iſte tres ꝑſone ſunt vnꝰ deꝰ. ita ꝙ
nec in deitate nec in eſſentia habēt aliquaꝫ
alietatē. dictio autē excluſiua ſoluꝫ excludit
qđ alietatē importat. noticia autē abſolute
ſumpta eſſentialit̄ accipit̄. ⁊ iō cōmunis eſt
tribꝰ. Et iō cū d̄r ꝙ nemo nouit filiū niſi pa
ter. ꝑ hāc dictionē excluſiuā niſi ab hac no
ticia non excluditur ſpiritusſanctus. ſꝫ ma
gis includitur. Per hoc reſponſio fit ad to
tum.

## ¶ Ad tertiam queſtio

nem. Utrū neceſſe ſit ſꝑ eligere melioreſ ad
dignitatē eccl̄iaſticaꝫ. ſic ꝓcedit̄. Et videt̄ ꝙ
ſic. ¶ Primo ex electiōe Matthie. Quia
licet ioſeph eſſet bonꝰ. vñ nominat̄ iuſtus.
tamen Matthias q̄a erat melior ē electuſ.
¶ Secūdo ſic. Ex electiōe petri. Dñs eniꝫ
petrū cui cōmiſſurꝰ erat paſtorale officiuꝫ
examinauit. ſi ſe diligeret plꝰ ceteris. ſꝫ ex ꝫ
aliq̄s melior eſt ꝙ deū plꝰ diligit ergo vide
tur ꝙ ad dignitatē eccl̄iaſticā ſꝑ melior eſt
eligēdꝰ. ¶ Tertio arguit̄ ex illo Symachi
pape. Uiliſſimꝰ cōputādꝰ eſt niſi ſcientia ⁊
ſanctitate p̄cellat q̄ eſt dignitate p̄ſtantior.
¶ In oppoſitum eſt decretalis. d. ꝙ ſufficit
eligere bonū. nec oportet eligere meliorem.
¶ Rñdeo dicēduꝫ iuxta ſanctū Thomaꝫ.
ꝙ aliq̄s hō bonꝰ vel melior altero. d̄r dupli
citer. Uno mō ſimplicit̄. et ſic melior eſt q̄
eſt in charitate ꝑfectior. Alio mō ſ̄m quid.
et ſic d̄r aliq̄s eſſe melior altero vel ad mili
tiam vel ad magiſteriū vel ad p̄lationē vel
aliq̄d hmōi. q̄ nō eſt melior ſimpl̄r. eo qꝛ in
ſingulis officijs tā ſpūalibꝰ q̄ꝫ tempalibuſ
requirunt̄ aliqua p̄ter bonitatē moralem.
ad hoc ꝙ aliq̄s ſit idoneꝰ ad illud officium
exercendū. Dicendū ergo. ⁊ ſit iſta ꝯcluſio
p̄ma. ꝙ oportet eligere ad prelationē vel ad
qđcūqꝫ officiū eccl̄iaſticū aliquē q̄ ſit bonꝰ
ſimplicit̄. eo ꝙ ꝑ q̊dlibet pctūm mortale ali
q̄s reddit̄ indignꝰ ad q̊tlibet officiū ſpūale
exequēdū. Uñ dicit Dionyſiꝰ ī ep̄la ad di
nophonū monachū loquens de ſacerdote.
Qui nō eſt gratia illuminatꝰ nō eſt ſacer
dos ſꝫ eſt inimicꝰ doloſus deluſor ſuiipſiꝰ
⁊ lupꝰ ꝯtra dñicū ꝑp̄l'm pelle ouina arma
tus. Secūda ꝯcluſio. Nō oportet ꝙ ſꝑ eli
gendus ſit melior ſimpl̄r. Patet ꝯclo. q̄a
poſſibile eſt ꝙ ille q̄ eſt ꝑfectior in charitate
deficiat ī multis q̄ req̄runt̄ ad ꝫ ꝙ aliq̄s ſit
idoneꝰ p̄latus. q̄ in alio q̄ eſt minoris cha
ritatis iueniunt̄. vt ſciā. induſtria. ⁊ poten
tia. ⁊ hmōi. vñ nō oportet ſꝑ eligere melio
rem ſimplicit̄. ſꝫ eū q̄ ſit melior ad officium.
Tertia ꝯclo. Si q̄s eligit euꝫ quē reputat
minꝰ idoneū ad tale officiū. peccat. Patet
ꝯclo. q̄a ñ poteſt eē ꝙ d̄ duobꝰ vnꝰ p̄eligat̄
niſi ꝓpter aliq̄d in ipo cōſideratū. illud aūt
qđ cōſiderat̄ in eo q̄ minꝰ eſt idoneꝰ ad ꝫ
ꝙ magis idoneo p̄ferat̄ eſt aliq̄ cōditio idē
bite mouēs. vtpote familiaritas vel cōſan
guinitas. vel aliq̄d hmōi. nō enī poteſt eſſe
ꝯditio ad idoneitatē ꝑtinens ex q̄ alter ſim
pliciter melior reputatur. ⁊ ſic indebite mo
uet. et in tali electiōe eſt acceptio ꝑſone q̄ ſi
ne pctō eē nō p̄t. ¶ Ad ratiōes in oppoſitū.
¶ Ad primā rñdet̄ negādo cōſequētiam.
niſi intelligēdo de meliori. vt dictum eſt.
¶ Ad ſecundā rñdet̄ negando conſequē
ntiā. Et rō ē. q̄a petrꝰ nō ſolū p̄ ceteris emi
nebat dilectiōe diuina. ſꝫ etiā erat idoneus
ad gubernandū eccl̄iam p̄ ceteris. ¶ Ad ter
tiā rñdet̄. ꝙ autoritas illa ē intelligēda q̄n
tū ad ſtudiū illiꝰ q̄ eſt in dignitate ꝯſtitutꝰ
debꝫ enī ad ꝫ intēdere vt talē ſe exhibeat vt
ceteros ſciētia ⁊ ſanctitate p̄cellat. vt grego
riꝰ dicit ī paſtoralibꝰ. ñ aūt ſibi imputādū
eſt ſi añ p̄lationē excellētior ñ fuerit. vt ex ꝫ
debeat viliſſimꝰ reputari

## In feſto beati thome

aliqui legūt euāgeliū. Uos eſtis ſal terre ⁊c.

Matth.v. Circa quod p̄nt diſputari ſeq̄n-
tes q̄ſtiones. ¶ Prima. Utrū doctoribuſ
aureola debeaṫ in regno celoꝝ. Secunda
Utrū p̄dicator vel doctor teneaṫ facere qđ
dicit. ex p̄nti euāgelio.

# Ad primam q̄ſtio

nem ſic ꝓceditur. Et videṫ ꝙ aure
ola nō debeaṫ doctoribꝰ in regno
celoꝝ. Quia omne p̄miū qđ in futuro ha-
bebiṫ alicui actui v̓tutis rn̄det. ſꝫ p̄dicare et
docere nō eſt actꝰ alicuius v̓tutis. ergo do
ctrine vel predicationi non debeṫ aureola.
¶ Secūdo ſic. Predicare ⁊ docere ex ſtu-
dio ꝓueniūt. ſꝫ ea q̄ p̄miant in futuro non
ſunt acq̄ſita ꝑ humanū ſtudiū. q꞉ naturali
bus ⁊ acq̄ſitis nō meremur. ergo ꝑ doctri
na ⁊ p̄dicatiōe nullꝰ in futuro mereṫ aure-
olam ¶ Tertio. Exaltatio in futuro rn̄det
hūilitati p̄nti. q̄a q̄ ſe humiliat exaltabiṫ. ſꝫ ī
docēdo ⁊ p̄dicādo nō eſt humiliatio. imo
magᷓ ſuꝑbie occaſio. Un̄ glo. dič Mat. iiij.
ꝙ diabolꝰ multos decepit honore magiſte
rij inflatos ¶ In oppoſitū eſt euāgelium p̄
ſens. Qui fecerit ⁊ docuerit h magnus vo
cabiṫ in regno celoꝝ. Scđo eſt qđ ſuꝑ illud
Eph. j. Ut ſciatis q̄ ſit ſupeminēs ⁊c. dič glo
ſa. q̊dā cremētū habebūt ſancti doctores
vltra id qđ alij cōiter habebūt. ¶ Reſpon
deo dicendū. ꝙ ſicut ꝑ martyriū ⁊ v̓ginita
tem aliq̄s ꝑfectiſſimā victoriam obtinet ꝯ
carne ⁊ mūdo. ita etiā ꝑfectiſſima ꝯ diabo
lum obtineṫ. qn̄ aliq̄s nō ſolū diabolo īpu
gnanti nō cedit ſꝫ etiā eū repellit nō ſolū a
ſe ſꝫ etiā ab alijs. Hoc aūt fit ꝑ p̄dicationē ⁊
doctrinā. ⁊ iđ p̄dicatiōi ⁊ doctrine aureola
debeṫ. ſicut v̓ginitati ⁊ martyrio. Nec ē di
cendum vt q̄dā dicūt ꝙ debeaṫ tātū p̄latis
q̄bꝰ cōpetit ex officio p̄dicare ⁊ docere. ſed
q̄buſcūqꝫ q̄ hūc actū exercēt. p̄latis aūt nō
debeṫ q̄zuis habeāt officium p̄dicandi niſi
actu doceāt ⁊ p̄dicēt. q̄a corona non debeṫ
habituali ſed actuali pugne. ſꝫm illud. ij. Ti
moth. ij. Nō coronabitur niſi qui legitime
certauerit. Notaṫ aūt ꝙ tria req̄runṫ ad h
ꝙ doctoribꝰ aureola debeaṫ. Primū eſt ex
ꝑte doctrine q̄ doceṫ. ſ. ꝙ ſit de ꝑtinētibꝰ ad
ſalutē. ꝑ quā diabolꝰ a cordibꝰ hominū ex
pellaṫ ſicut q̄buſdā ſp̄ualibꝰ armis. de q̄bꝰ
dr̄. ij. Coꝝ. x. Arma militie noſtre nō ſūt car
nalia ſꝫ ſp̄ualia ⁊c. Secūdo req̄riṫ ex parte
docētis ꝙ actu doceat ⁊ p̄dicet. vt dictū eſt
Tertio req̄riṫ ex ꝑte finis. ſ. ꝙ doceat et p̄di
cet p̄ncipaliter ad gliam dei ¶ Ad ratōes
in oppoſitū. ¶ Ad primā rn̄detur negādo
minorē. Dicimus eni ꝙ predicare et doce
re ſunt actꝰ alicuiꝰ virtutis. ſ. miſericordie.
et inter ſpirituales elemoſynas cōputātur
¶ Ad ſecundā rn̄detur. negando ꝯſequē
tiam. Et ratio eſt. q̄a q̄zuis facultas p̄dicā
di ⁊ docēdi qn̄ꝫ ex ſtudio ꝓueniāt. tn̄ vſꝰ do
ctrine ex volūtate ꝓcedit q̄ ꝑ charitatē īfor
maṫ a dō īfuſā. ⁊ ſic actꝰ eiꝰ meritoriꝰ ē ē p̄t
¶ Ad tertiā reſpōdetur negādo ꝯſequen
tiā. Et ratio eſt. quia exaltatio ī hac vita n̄
diminuet alteriꝰ vite p̄miū. niſi ei q̄ in tali
exaltatiōe ꝓpriā gliam q̄rit. q̄ aūt talē exal
tationē in vtilitatē alioꝝ cōuertit. ex ea ſibi
mercedē acq̄rit

# Ad ſecūdam queſtio

nem. Utrū p̄dicator vel doctor teneaṫ face
re qđ dicit ¶ Primo ꝓcediṫ Et videṫ ꝙ ſic
ex p̄nti euāgelio. Qui fecerit ⁊ docuerit hic
magnꝰ ⁊c. ergo videṫ ꝙ q̄ facit ꝯtrarium hu
iuſmodi qđ p̄dicat errat ⁊ peccat ¶ Scđo
ſic. Dicit apl's. j. Coꝝ. ix. Caſtigo corpꝰ meū
⁊ in ſuitutē redigo. ne forte cū alijs p̄dica
uerim ipſe reprobus efficiar. Itē ad Ro. ij.
dicit. Qui ergo aliū doces teipſū non do
ces. ¶ Tertio ſic. Predicator euangelij te
neṫ imitari formā eiꝰ q̄ cōdidit euangeliū
ſed ſaluator noſter Ieſus faciebat q̄ p̄dica-
bat. Un̄ de ipō dr̄ Act. j. Cepit Ieſus facere
⁊ docere. ergo videṫ ꝙ ille q̄ p̄dicat euāgeli
um vel docet teneaṫ facere q̊d p̄dicat ¶ In
oppoſitū eſt ꝙ aliq̄n q̄s p̄dicat aut docet ꝑ
fectionē quā tn̄ nō facit ⁊ etiā nō videṫ tene
ri. vt cū ſecularis p̄dicat ꝑfectionē religioſiſ
⁊ ꝑfectis. ergo p̄dicator vel doctor nō teneṫ
ſꝑ facere qđ docet. ¶ Reſpōdeo dicēdū iu
xta Alexandrū de hal'in. iij. ſub iſta ꝯclione
ꝙ q̄libet teneṫ facere qđ dicit. ſꝫm ꝙ aſſerit
alios teneri ad faciendū qđ dicit. h tamen

qđ aſſerit eſſe faciendū vel aſſerit generalit̄
vel ſolū ſm ſtatū. generalit̄ ſicut aſſerit d̄ il
lis q̄ ptinēt ad ſtatū ſalutis. ſm ſtatū ſicut
aſſerit de his q̄ ptinēt ad ſtatū pfectiōis. vt:
pote religionis ad quā oēs nō tenent̄: ⁊ ſic
p̄dicator non tenet̄ facere qđ dicit. Dicit̄ er
go ꝙ p̄dicator rōe ſui officij nō tenet̄ oia fa
cere q̄ docet aut p̄dicat ad q̄ alias non tene
bat. ſi enī oia facit q̄ p̄dicat h̄ pfectionis eſt
nō neceſſitatis ſi aliq̄ p̄dicat ad q̄ alias nō
tenebat̄. Sz ſi ea q̄ p̄dicat ad q̄ aliaſ teneba
tur. ſicut ſunt p̄cepta dei ⁊ eccie ⁊ forte aliq̄
alia ad q̄ forte voto tenebat̄. ſic planum eſt
ꝙ ad iſta tenet̄ tentiōe neceſſitatis. Sz cū p̄
dicat ea ad q̄ alias nō tenebat̄. nō video rō
nem q̄re p̄dicatiōis rōe ad illa teneat̄ tenti:
one neceſſitatis. niſi in caſu forte vbi nō ſer
uaret illa. eſſet pbabilis occaſio ſcādali ī au
ditoribus p qđ poſſet p̄iudiciū fieri v̄itati.

¶ Ad ratiōes in oppoſitū. ⁊ ad autoritateſ
apl̄i dico. ꝙ intelligunt̄ de illis ad que priuſ
tenebat̄. ¶ Ad rationē de chriſto ꝙ p̄dica:
tor debet imitari formā illi⁹ q̄ ꝯdidit euan
geliū ⁊c. Rn̄det̄ ꝙ ſi h̄ intelligat̄ neceſſariuz
tūc verū eſt ꝙ q̄ntū ad ea q̄ ſunt neceſſaria
ad ſalutē tenet̄. ad alia autem non tenetur
niſi ratiōe ſcandali loquendo de tentiōe ne
ceſſitatis. Et tantuz ad preſens de iſta que:
ſtione.

# In feſto ſancti grego

rij eſt euāgeliuz. Vigilate ergo q̄a neſcitis
⁊c. Math. xxiiij. Circa qđ pn̄t diſputari ſe:
q̄ntes q̄ſtiones. ¶ Prima. Utruz meliuſ
facit q̄ ꝯſentit electioni canonice de ſe facte
q̄z q̄ eā recuſat ¶ Secunda. Utrū p̄cibuſ
beati gregorij fuit liberat⁹ traian⁹ d̄ penis
inferni. ¶ Tertia. Utrū ſtat cū pfectiōe pa
patus poſſidere q̄ſi pprias diuitias aut fa
cultates terrenas

Ad primaz queſti
onem Utrū meli⁹ facit q̄ cōſentit
electōi canonice de ſe facte q̄z qui
eā recuſat. Et videt̄ ꝙ meli⁹ facit q̄ cōſentit
Dicit enī Grego. xxij. moral̄. Poteſtas cū
pcipit̄ non ex libidine amāda eſt. ſz quādo
aliq̄s p canonicā electionē epalē dignitatē
adipiſcit̄ nō pcipit eā ex libidine. ergo debz
eam amare. non ergo debet eam recuſare.

¶ In oppoſitū arguit̄ exēplo beati Grego
rij cui⁹ feſtū hodie colit̄. q̄ multiplr electōz
de ſe factā recuſauit. ¶ Rn̄deo dicendū. ꝙ
ille q̄ electioni canonice de ſe facte cōſentit
cōſiderare p̄cipue debet qđ intēdit Si enī
intendit aliqđ tpale. puta honorē. diuitias
excutere ſe a iugo religionis. aut aliq̄d hu:
iuſmodi. manifeſtū eſt ꝙ eſt praua intētio.
Un̄ ponit̄ p ꝯctione. ꝙ meli⁹ faceret ſi non
aſſentiret. Si aūt intēdit pfectum eccie. ſic
planū eſt ꝙ eſt recta intētio. Un̄ Aug⁹. di:
cit. xix. de ciui. dei In actiōe nō amādus eſt
honor in hac vita ſiue potētia. ſz op⁹ ipſū ſi
recte atq̄z vtilit̄ fit vt valeat ad ſalutē ſubdi
toꝝ. Sz q̄a ad h̄ op⁹ maxima requirit̄ ido
neitas ad qđ humana fragilitas ſm pprias
vires ſufficiēs nō eſt. poteſt ergo aliq̄s lau
dabiliter ꝯſiderās ppriū defectū ex humili
tate officiū p̄latiōis recuſare. ſicut hieremi
as dixit. Neſcio loq̄ q̄a puer ⁊c. pōt etiā lau
dabiliter cōſentire ex charitate fraterna vt
ſalutē primoꝝ pcuret. ſicut Eſaias q̄ dixit.
Ecce mitte me. ſz ſicut dicit Gregori⁹ in pa
ſtorali in vtroq̄z eſt ſubtilit̄ intuendū. q̄r ⁊
is q̄ recuſauit plene non reſiſtit. ⁊ is q̄ mitti
voluit an̄ ſe p altaris calculū purgatū vidz
ne aūt nō purgat⁹ adire quiſq̄z ſacra mini
ſteria audeat. aut ꝙ a gratia eligit̄ ſub humi
tatis ſpecie ſupne diſpoſitiōi ꝯtradicat. q̄a
ergo valde difficile eſt purgatū ſic queſlibz
agnoſcere. p̄latiōis officiū tuti⁹ declinat̄. n̄
tn̄ ptinacit̄ cū ad ſuſcipiēdū ſupna volūtaſ
agnoſcit̄. ¶ Ad ratiōes in oppoſitū rn̄det̄.
ꝙ illud v̄bū gregorij dz ſic intelligi. ptās cū
ex libidine nō pcipit̄ amanda eſt. ſz ita pote
ſtas cum pcipitur nō eſt amanda ex libidi
ne. ſubdit enim. ſed ex longanimitate tole
randa.

# Ad ſecundam queſti

onem ſic pcedit̄. Et videt̄ ꝙ traian⁹ p̄cibuſ
gregorij n̄ fuerit ab inferno liberat⁹. ¶ Pri
mo ſic. Dicit Dionyſi⁹. vij. celeſtis hierar
chie. Sūm⁹ ſacerdos ſi mūd⁹ nō orat. ⁊ in

hoc auerterer̄ a diuio ordine Et cōmētator
ibidē dic̄. ꝙ pctōꝛib⁹ nō orat remiſſionē. qa
nō audiretur p illis. ergo nō valēt pces ſan
ctoꝝ exiſtētib⁹ ī inferno Secūdo ſic. Dic̄
beat⁹ Grego. xiiij. moral'. Eadē cauſa eſt vt
nō oret̄ p⁹ diē iudicij p hoīb⁹ eterno igne
dānatis q̄ nūc cauſa ē vt nō orēt ſancti pro
hoīb⁹ infidelib⁹ impijſqȝ defunctiſ ¶ Ter
tio ſic. Dicit Aug̊. ꝙ ſine fide opante p dile-
ctionē eiuſqȝ ſacramētis q̊ de corpe exeunt
fruſtra illis h⁹ mōi officia ipendūtur. ergo
nō pſunt pces aut ſuffragia q̄ fiūt p dāna-
tis. ſȝ Traian⁹ erat dānat⁹. ergo pces Gre
gorij nō poterāt eū liberare ¶ In oppoſitū
eſt hiſtoria. Itē Damaſ. in vno ſmone nar
rat ꝙ Gregori⁹ p Traiano orōem fundēs
audiuit vocē diuinit⁹ ſibi illatā. Vocē tuā
audiui. ⁊ veniā traiano do. Cui⁹ rei vt Da
maſcen⁹ dicit ī eodē ſmone. teſtis ē occidēſ
⁊ oriēs ¶ Rñdeo dicēduȝ iuxta ſanctū tho
mā ī. iiij. ꝙ deputati ad infernū ſūt in dupli
ci differētia. Quidā ſūt deputati ſimplicit̄
⁊ ſm pñtē iuſticiā ⁊ ſm ſupiores cauſas. et
p talib⁹ nunq̄ȝ fiēda ſūt ſuffragia. nō ei eis
pdeſſent pces quorūcūqȝ ſanctoꝝ. Alij ſūt
deputati in inferno nō ſimplr̄ ſȝ ſm pñtem
iuſticiā pprioꝝ meritoꝝ. ſm aūt ſuperioreſ
cauſas qb⁹ puidebant ad vitā reuocandi.
erat de eis alit̄ diſponēdū. Et tales vidētur
fuiſſe multi q̄ fuerūt a mortuiſ reſuſcitati q̊
rum pl'es ɔſtat idolatras ⁊ dānatos fuiſſe
⁊ talib⁹ potuerūt pces ſctōꝝ ſuffragari. ⁊ d
numero taliū credit̄ fuiſſe Traian⁹ vt pba
biliter pōt eſtimari. vt dicit ſanct⁹ thomas
ꝙ qñ pcib⁹ beati greḡ. Traian⁹ ad vitā fue
rat reuocat⁹. etiā ibi grāȝ ɔſecut⁹ ſit p quā
remiſſionē pctōꝝ habuerit. ⁊ p ɔſequēs im
munitatē a pena ¶ Ad rōnes patet rñſio.
Procedūt ei de deputatis ſimplr̄ in infer-
no. Vel dicēdū eſt ꝙ aliud ē reſuſcitari ad
vitā pñtē pcib⁹ ſctōꝝ. ⁊ ī hac vita ɔſeq̄ grāȝ
p quā remittūtur ei pctā ſua. ⁊ aliud ē ꝙ dā
natis in inferno ibi pmanētib⁹ proſunt ſuf-
fragia

¶ Ad tertiam queſtio
nem ſic pcedit̄. Et videt̄ ꝙ nō ſtet cuȝ ſtatu
pfectiōis papat⁹ poſſidere q̄ſi pprias diui
tias aut facultates terrenas ¶ Primo ſic.
Epi in eccia tenēt locū apl'oꝝ. vt dicit gloſa
Luc̄. x. Et habet̄ in. c. decre. xxj. diſ. Sȝ aplis
dñs pcepit vt nihil ppriū poſſiderēt. ſm il-
lud Matth. x. Nolite poſſidere auꝝ nec ar
gentū nec pecuniā in zonis veſtris. Unde
⁊ Petr⁹ cui papa ſuccedit p ſe ⁊ alijs apo-
ſtolis dicit. Ecce nos reliq̄m⁹ oīa et ſecuti
ſum⁹ te. Matth. xix. ergo videtur ꝙ papa ⁊
alij epi teneātur ad hmōi mandati obſuā-
tiam vt nihil ppriū poſſideāt. ¶ Secūdo
ſic. Volūtaria pauptas ad pfectionē videt̄
requiri. ſm illud Matth. xix. Si vis perfe-
ctus eſſe vade ⁊ vende omnia que habes ⁊
da paupibus. Sed papa et epiſcopi aſſu-
muntur ad ſtatū perfectiōis. ergo videtur
ꝙ non ſtet cum ſtatu perfectionis pape ali
quid quaſi pprium poſſidere ¶ Tertio ſic
Hieronymus dicit ad Nepocianū. Cleroſ
grece latine ſors appellatur. Et habetur ī. c.
cleros. xxj. diſ. ppterea clerici dicūtur. q̄a de
ſorte dñi ſunt. vel quia ipſe dñs ſors. i. pars
clericorum eſt. qui autē dominū poſſidȝ ni
hil extra deū poſſidere poteſt. ſi autē auruȝ
ſi argentū ſi poſſeſſionem variarū ſuppelle-
ctilium habet cū iſtis partibus. non digna
tur domin⁹ fieri ps ei⁹. ergo videtur ꝙ pa-
pa ⁊ epiſcopi ⁊ nō ſolū epi ſed etiam clerici
debeant pprijs carere. ¶ Quarto Chriſt⁹
cuius vicarius eſt et vices gerit ī terris pa-
pa. geſſit vitam humilem et pauperem. ita
ſicut dicitur Matthei. viij. Filius hominiſ
non habȝ vbi caput reclinet. ergo papa de-
bet imitari eum. et ita fecit Petrus pmus
papa ab eo inſtitutus. qui ait. Auruȝ et ar
gentū non eſt mihi. ergo videtur repugna
re ſtatui perfectionis papatus qui dicit vi
cariatum chriſti habere in proprio diuiti-
as et facultates terrenas ¶ In oppoſitum
arguitur ex euāgelio pſēti ſic. Spectat ad
fidelem ſeruum et prudentem cōſtitutum
ſuper eccleſia habere ea quibus poſſet ci-
bum miniſtrare familie. non tantum ver
bi dei aut exempli honeſtatis. ſed etiam
ſubſidij temporalis. Unde Chriſtus ter di
xit Petro quem conſtituebat ſuper totaȝ

ecclīam cui ſuccedit papa. Paſce oues me
as. ad ſignificandū triplicē paſtū. ſ. paſtuꝫ
corꝑalē ſiue ſubſidij tꝑalis. quē nō pōt face
re niſi habeat de q̄bus. ergo ex ip̄a inſtituti
one chriſti nō repugnat ſtatui ꝑfectōis pa
pe aut epōꝝ habere terrena bona q̄bꝰ indi
gentibꝰ ſubuenire poſſint de aliquo paſtu
Secūdo arguit̄ ex illo. c. epī. xij. q. j. vbi dici/
tur. Ep̄s de rebꝰ ꝓprijs vel acq̄ſitis vl' ſi ali
q̄d de ꝓprio habeat heredibꝰ ſuis relinq̄t.
¶ Rn̄deo dicenduꝫ. ꝙ nō derogat ſtatui
ꝑfectiōis papatꝰ aut ep̄atꝰ poſſidere aliq̄d
ꝓprium. vt diuitias ⁊ terrenas facultates.
Iſta ꝯclō ptꝫ ſic iuxta ſanctū thomā. Ad
ea q̄ ſunt ſuperogatōnis nullꝰ tenet̄ niſi ſe
ſpēaliter ad id voto aſtringat. Vn̄ Aug̊. di
cit in ep̄la ad Paulinū armētariuꝫ. Quia
iā vouiſti iā te aſtrixiſti. aliud tibi facere n̄
licet. p̄uſq̄ꝫ eſſes voti reꝰ liberū fuit ꝙ eſſes
inferior. Manifeſtū eſt aūt ꝙ viuere abſq̄ꝫ
ꝓprio ſuperogatiōis eſt. nō enī cadit ſub p̄
cepto ſꝫ ſub ꝯſilio. Vn̄ cū Math. xix. dixiſ/
ſet dn̄s adoleſcēti. Si vis ad vitaꝫ ingredi
ſerua mādata. poſtea ſubdit ſuꝑaddendo.
Si vis ꝑfectꝰ eē vade ⁊ vēde oīa ꝛc. nō aūt
papa nec alij epī in ſua ordinatione ſe obli
gant vt abſq̄ꝫ ꝓprio viuāt. nec etiā abſq̄ꝫ ꝓ
prio viuere ex neceſſitate req̄rit̄ ad paſtora
le officiū ad q̄d ſe obligāt. ⁊ iō nec papa nec
epī tenēt̄ abſq̄ꝫ ꝓprio viuere. ⁊ ꝑ ꝯſequēs n̄
repugnat ſtatui ꝑfectiōis eoꝝ poſſidere di
uitias ⁊ bona tꝑalia ¶ Ad ratōnes i oppo
ſitū ¶ Ad primā rn̄det̄. negādo ꝙ papa ⁊
epī alij teneant̄ illud obſeruare. aut ſunt ob
ligati ad illud q̊d dictuꝫ fuit ap̄lis. Pro q̊
notandū ꝙ v̄ba illa dn̄i pn̄t tripl'r intelligi
ſcḋm doctores. Uno mō myſtice vt nō poſſi
deamꝰ aurū nec argētū. i. vt predicatores
nō innitant̄ p̄ncipalit' ſapīe ⁊ eloquētie tꝑa
li. vt Hiero. exponit Alio mō ſicut Aug̊. ex
ponit in li. de ꝯſenſu euāgeliſtaꝝ. vt itelliga
tur h dn̄m nō p̄cepiſſe ſꝫ mag̊ ꝑmittēdo di/
xiſſe. Permiſit enī eis vt abſq̄ꝫ argēto ⁊ au
ro ⁊ alijs ſumptibꝰ ad p̄dicādum irēt acce
pturi ſumptꝰ vite ab hiſ q̄bꝰ p̄dicabāt Vn̄
ſubdit. Dignꝰ eſt eī oparīꝰ cibo ſuo. ita tn̄
ꝙ ſi aliq̄s ꝓprijs ſumptibꝰ vteret̄ in p̄dica/
tiōne euāgelij ad ſuperogātiā ꝑtineret. ſic
paulꝰ de ſeipſo dicit. j. ad Co. ix. Tertio mō
ſcḋm Chryſo. exponit̄ vt intelligat̄ illa dn̄i/
nū diſcipulis p̄cepiſſe q̄ntū ad illā miſſionē
q̄ mittebant̄ ad p̄dicandū iudeis. vt ꝑ h ex
ercerent̄ ad ꝯfitendū de v̄tute ipſiꝰ qui eis
abſq̄ꝫ ſumptibꝰ ꝓuideret. ex q̊ tn̄ nō obligā
tur ipī vel ſucceſſores eoꝝ vt abſq̄ꝫ proprijſ
ſumptibꝰ euāgeliū p̄dicarent. Nā de pau
lo legit̄. ij. Co. xj. ꝙ ab alijs ecclījs ſtipendia
accipiebat ad predicandum corinthijs. ⁊
patet ꝙ aliquid poſſidebat ab alijs miſſuꝫ.
Stultum aūt videtur dicere vt inquit ſan
ctus thomas. ꝙ tot ſcti pōtifices ſic Atha/
naſiꝰ Ambroſiꝰ Auguſtinꝰ illa precepta
trāſgreſſi fuiſſent ſi ad ea obſuāda ſe crede
rent obligari. ¶ Ad ſecūdā rn̄det̄. negādo
ꝯſequētiā. Et ratō eſt. q̄a ꝑfectio chriſtiane
vite nō ꝯſiſtit in volūtaria pauꝑtate. ſꝫ vo/
lūtaria pauꝑtas inſtrumētalit' opat̄ ad ꝑfe
ctionē vite. Vn̄ nō oportet ꝙ vbi eſt maior
pauꝑtas ibi ſit maior perfectio. Quinimo
pōt eſſe ſūma ꝑfectio cū mag̊ opulētia Nā
Abraā cui dictū eſt Gen̄. xvij. Ambula co
raꝫ me ⁊ eſto ꝑfectꝰ. legit̄ diues fuiſſe. Pre
terea ꝓ maiori claritate notandū ꝓut inq̄t
idē ſanctꝰ Thomas. ꝙ abrenūciatio ꝓpria/
rū facultatū duplicit̄ cōſiderari pōt. Uno
mō ſcḋm q̊d eſt actu. ⁊ ſic i eo nō ꝯſiſtit eſſen/
tialiter ꝑfectio ſꝫ eſt q̊dā ꝑfectiōis inſtru/
mentū vt dictū eſt. ⁊ iō nihil ꝓhibet ſtatū ꝑ
fectiōis eſſe ſine abrenūciatione ꝓprioꝝ. ſic
etiā dicendū eſt de alijs exterioribus obſer/
uantijs. Alio mō poteſt ꝯſiderari ſcḋm ꝑpa/
rationē animi. vt ſcꝫ homo ſit ꝑatus ſi opꝰ
fuerit omnia dimittere vel diſtribuere. ⁊ h
ꝑtinet directe ad ꝑfectōnē. Unde Auguſti
nus in libro de q̄ſtionibus euāgelij Opor/
tet filios ſapientie intelligere nō abſtinēdo
nec in manducando eſſe iuſticiā ſed in eq̄/
nimitate tolerandi inopiam. Unde ⁊ apo/
ſtolus dicit. Scio abundare et penuriam
pati. Ad hoc autem maxime tenentur pa/
pa et ceteri epiſcopi vt omnia ſua pro ho/
nore dei et ſalute gregis ſui contemnant
cum opus fuerit. vel pauperibus ſui greg̃
largiendo. rapinam bonorū ſuorum cum

gaudio ſuſtinēdo. Que oīa adimpleta fue
runt ī dicto beato Greḡ. q̄ tāte largitatis ⁊
elemoſynaꝝ extitit. vt nō ſolū pn̄tibꝰ ſꝫ etiā
lōge poſitis ī monte ſinai monachis neceſ-
ſaria miniſtraret. Nā oīm indigentiū noīa
ſcripta habebat ⁊ eis liberalit̄ ſubueniebat
vt pleniꝰ narrat̄ in legēda. Vn̄ fuit ille ſuꝰ
fidelis ⁊ prudēs quē poſuit dn̄s ſup̄ famili
am ſuā. i. ecciam

# In feſto beati Bene

dicti eſt euangeliuꝫ Nemo accēdit lucernā
⁊c. Luc. xj. Circa qđ pn̄t diſputari ſeq̄ntes q̄
ſtiones. ¶ Prima. Vtruꝫ beatꝰ bn̄dictus
lucernā accendēs regule monachalis ⁊ po
nens eā ſup̄ candelabrū eccīe ꝯueniētius ī-
ſtituit monachos ī ſocietate viuētes q̄ꝫ ſo-
litariā vitā agētes. ¶ Secunda. Vtrū bea
tus bn̄dictꝰ ī viſione q̄ vidit totū mundū
diuinā eſſentiā viderit.

Ad primaꝫ queſti
oneꝫ qua queritur. Vtrū beatus
bn̄dictꝰ lucernā accendēs regule
monachalis ⁊c. Et videt̄ ꝙ non ¶ Primo
ſic. Perfectior eſt religio agentiū vitā ſoli-
tariā q̄ꝫ in ſocietate viuentiū. ergo ꝯueniē-
tius inſtituiſſet monachos agētes vitā ſo-
litariā q̄ꝫ in ſocietate viuentiuꝫ. cōſequētia
eſt bona. añcedēs pbat̄ ꝑ illud Aug̊. ī libro
de opibꝰ monachoꝝ dicētis Illos ſanctio-
res eſſe q̄ a cōſpectu hoīm ſeꝑati nulli ad ſe
p̄bent acceſſum viuētes ī magna intētione
orationū ¶ Secūdo ſic. Solitudo debuit
vite ꝯtēplatiue. ſm̄ illud Oſee. ij. Ducā eaꝫ
in ſolitudinē et ibi loquar ad cor eiꝰ. ſed vi
ta cōtemplatiua eſt pfectior. ſanctior. ſuaui
or. q̄ꝫ actiua. ergo ⁊c. ¶ Tertio ſic. Religio
deſiderat quietē mentis. vt īpleat illud. Ve
nite ⁊ videte q̊niā ego ſū deus. ſꝫ vita ſolita
ria eſt q̄ maiorē p̄ſtat q̄etē aīe. ergo ⁊c. In
oppoſituꝫ arguit̄ ex pn̄ti euāgelio. vbi dicit̄.
Nemo accēdit lucernā. ⁊ ponit eā ſub mo-
dio ſꝫ ſup̄ cādelabrū. vt q̄ ingrediunt̄ lumē
videāt. ſꝫ q̄ inſtituūt̄ in ſolitudine videntur
poni ſub modio cū ſint abſcōſi a ꝯuerſatiō
ne hoīm. ⁊ nullꝰ illumiat̄ ab eis. ergo videt̄
ꝙ beatus Bn̄dictꝰ cōueniētiꝰ inſtituit mo
nachos ī ſocietate viuētes. ¶ Secūdo ſic.
Dicit̄ Eccīs. iiij. Meliꝰ eſt eē duos q̄ꝫ vnū
habēt enī emolumētū ſocietatis ſue. ergo vi
det̄ cōueniētiꝰ feciſſe inſtituēdo ⁊c. ¶ Rn̄-
deo dicendū. ꝙ cōuenientiꝰ fecit beatꝰ Be-
nedictus inſtituēdo monachos in ſocieta-
te viuētes q̄ꝫ ſolitariā vitā agētes. Et rō eſt
q̄a religio eſt quedā ſchola in q̄ docet̄ diſci-
plina. ⁊ exercitiū habet̄ tendēdi ⁊ ꝑueniēdi
ad pfectioneꝫ. et q̄a hoc ſuat̄ in ſocietate vi-
uentiū. vita autē ſolitaria nō querit̄ ad hoc
ſed datur iā pfectis ac magiſtris q̄ iam nō
indigent doceri. Cū ergo beatꝰ benedictus
hoc intēderit ꝯſtituere q̄ſi ſcholā diſcipline
vbi monachi doceant̄ ꝑuenire ad pfectiōꝫ
ſicut patet ex modo ſuo loquendi in princi
pio regule. cōuenientius fecit ſic q̄ꝫ aliter.
Pro q̊ notandū iuxta ſanctū Thomam ī
ſecunda ſecunde. ꝙ ſolitudo ſicut et paup̄
tas nō eſt ip̄a pfectiōis eſſentia ſꝫ pfectiōis
inſtrumētū. ſolitudo nō eſt inſtrumētū cō
gruū actioni ſꝫ cōtēplationi. ſm̄ illud Oſee
ij. Ducā eam in ſolitudinē ⁊ ibi loquar ad
cor eiꝰ. Vn̄ nō ꝯgruit religionibꝰ q̄ ſunt or
dinate ad opa vite actiue ſiue corporalia ſi
ue ſpūalia. niſi forte ad tempus. exēplo chri
ſti qui vt dicit̄ Luce. vj. Exijt in montē ora
re ⁊ erat ꝑnoctans in oratione. cōpetit aūt
religionibꝰ q̄ ſunt ad cōtemplationē ordi
nate. Conſiderānduꝫ tamen eſt ꝙ id qđ eſt
ſolitarium debet ſibi per ſe ſufficiēs eē. hoc
autē eſt cui nihil deeſt. qđ ptinet ad rōnem
perfecti. et ideo ſolitudo pertinet cōtēplan
ti qui iam ad pfectū venit. Qđ quidem cō
tingit dupliciter. Vno modo ex ſolo diuīo
munere. ſicut patet đ Iohanne baptiſta. q̄
fuit repletus ſpiritu ſancto adhuc ex vtero
matris ſue. Vnde et cum puer adhuc eſſet
erat in deſertis. vt dicitur Luce. j. Alio mo
do p̄ exercitium virtuoſi actus. ſm̄ illud ad
Hebre. v. Perfectorum eſt ſolidꝰ cibus eo
rum qui pro conſuetudine exercitatos ha
bent ſenſus ad diſcretionem boni et mali.
Ad exercitium aūt hꝰ mōi iuuatur homo
ex alioꝝ ſocietate dupliciter. Vno modo
q̄ntum ad intellectū vt inſtruatur in his q̄

ſunt cõtemplãda. Vñ Hiero. dicit ad Ru/
ſticum monachũ. Mihi placet vt habeas
ſanctũ ↄtuberniũ nec ipſe doceas. Secun/
do quãtũ ad affectũ. vt ſcȝ noxie affectiõis
hoĩs exemplo ⁊ correctõe alioꝝ exerceatur
qꝛ vt dicit Gregoriꝰ. qđ valet ſolitudo cor/
poris ſi deſit ſolitudo cordis. ⁊ iõ vita ſocia
lis neceſſaria eſt ad exercitiũ ꝑfectionis. ſo/
litudo aũt cõpetit iam ꝑfectis. ſicut ergo id
qđ iam ꝑfectũ eſt ꝑ̃eminet ei qđ ad ꝑfectio
nem exercet̃. ita vita ſolitarioꝝ ſi debite aſ
ſumat̃ ꝑ̃eminet vite ſociali. Si aũt abſq; ꝑ
cedẽti exercitio talis vita aſſumat̃ eſt ꝑicu/
loſiſſima niſi ꝑ diuinã grãm ſuppleat̃ qđ in
alijs ꝑ exercitiũ acquirit̃. ſic̃ ptȝ de ſctõ An
tonio ⁊ bñdicto ¶ Ad ratõnes ĩ oppoſitũ
¶ Ad ꝑ̃mã reſpondet̃. negando ↄſequen/
tiam. q̃a licet ſicut dictuȝ eſt vita ſolitaria ſi
debite aſſumat̃ ꝑ̃eminet vite ſociali. tamen
imꝑfectis tendẽtibus ad ꝑfectionem. ſicut
diſcipulis conuenientior eſt vita ſocialis
¶ Ad ſecundã rñdetur. negando ↄſequẽ
tiam. quia licet ipſa cõtemplatiua vita ſoli
taria ſit ꝑfectior. tamẽ imꝑfectis eſſȝ minuſ
cõueniens. ergo periculoſa. vt dictum eſt.
¶ Ad tertiã reſpondetur. Dicimꝰ enĩ ad
minorẽ ꝙ vita ſolitaria ꝑfectis ſufficiẽtibꝰ
ꝑ ſe eſſet magis q̃eta ⁊ magiſ apta ad vacã
dum diuine cõtemplatiõi. imperfectis ta/
men eſſet inquieta et periculoſa. ſicut dictũ
eſt.

## Ad ſecũdam queſtio

nem qua querit̃. Vtrũ beatus benedictus
in viſione qua vidit totũ mundũ diuinam
eſſentiã vidit. Et videt̃ ꝙ ſic. ¶ Primo ſic.
Dicit enĩ Gregoriꝰ de hac viſione loquẽs
aĩe videnti deũ. anguſta eſt oĩs creatura. ſed
videre deũ eſt videre diuinã eſſentiaȝ. ergo
beatus benedictus vidit diuinã eſſentiam
¶ Secundo ſic. Ibidẽ ſubdit Gregorius
ꝙ totũ mundũ vidit ĩ diuino lumine. ſȝ nõ
eſt aliud lumẽ dei vel claritas dei q̃ȝ ipſe de/
us. vt idẽ dicit Gregoriꝰ. Et habet̃ in gloſa
Exo. xxxiij. ſup illud. Nõ videbit me hõ et
viuet. ergo beatꝰ bñdictꝰ vidit deuȝ ꝑ eſſen
tiam. ¶ In oppoſitũ eſt q̃d dr̃ Joh. j. Deũ
nemo vidit vnq̃ȝ. vbi dicit glo. ꝙ nullus in
mortali carne viuẽs dei eſſentiã videre pt̃.
¶ Rñdeo dicenduȝ. ꝙ beatꝰ bñdictꝰ ĩ illa
viſione nõ vidit deũ ꝑ eſſentiã. Que ↄclũo
ſic ꝓbat̃. Corpꝰ corruptibile aggrauat ani
mam. vt dicit̃ Sap. ix. Summa aũt eleua/
tio mẽtis hũane eſt vt ad diuinã eſſentiam
videndaȝ ptingat. Unde impoſſibile eſt ꝙ
menſ humana diuinam eſſentiã videat. vt
Auguſtinuſ dicit. xij. ſuper Geñ. ad litterã
niſi huic vite funditus homo intereat. vł ſic
alienetur a ſenſibus vt neſciat vtrũ ſit ĩ cor
pore an extra corpus. ſicut đ paulo legitur
ij. Corinth. xij. Beatus autẽ Benedictꝰ qñ
illam viſioneȝ vidit nec huic vite funditus
mortuus erat. nec a corporeis ſenſibus ali
enatus. vt patet. q̃a dum adhuc in ea viſio
ne ꝑſiſteret alium ad idẽ videndũ vocauit
vt Gregorius refert. vnde manifeſtũ eſt ꝙ
diuinam eſſentiã nõ vidit ¶ Ad rationes
in oppoſitũ ¶ Ad primã rñdet̃. ꝙ ex illis v̉
bis non datur intelligi ꝙ beatus bñdictus
in viſione viderit deũ ꝑ eſſentiam. ſed vult
oſtendere ꝙ quia videnti creatorem angu
ſta eſt omnis creatura. conſequens eſt ꝙ ꝑ
illuſtratõnem diuini luminis de facili poſ
ſent quecũq; videri. vnde ſubdit. Quãuis
parum de luce creatoris aſpexerit breue fit
it quod creatum eſt. et ideo non eſt miruȝ
ſi ſanctus benedictus per lumen diuinum
amplius aliud videre potuit q̃ȝ homines
cõmuniter videant. ¶ Ad ſecundam rñ/
detur. ꝙ lumen dei quandoq; dicitur ipſe
deus. quandoq; vero aliquod lumen deri
uatũ a deo. ſm illud ꝑ̃s. In lumĩe tuo vide
bimus lumẽ. hic aũt accipit̃ ꝓ lumine deri/
uato a deo.

## In feſto annunciatio

nis dominice eſt euãgelium. Miſſus ẽ an
gelus ⁊c. Luce ꝑ̃mo. Circa quod pñt diſpu
tari ſequentes q̃ſtiones. ¶ Prima. Vtrũ
fuit neceſſarium annunciari virgini conce
ptionem filij dei ¶ Secunda Vtrum bea
te virgini debuit fieri annũciatio ꝑ angelũ
¶ Tertia. Vtrũ annunciatio fuit ↄuenien
ti ordine ꝑfecta.

AD primam q̃ſtio
nem ſic ꝓcedit᷑. Et videtur ꝙ non
fuit neceſſariū ¶ Primo ſic. Ad
hoc ſolum neceſſariū videbat᷑ annunciatō
fieri. vt cōſenſus v̓ginis haberet᷑. ſꝫ ꝯſenſus
eius nō videtur neceſſariꝰ fuiſſe. quia con-
ceptus v̓ginis p̄monſtratꝰ fuit ꝓphetia p̄
deſtinationis. vt Eſa. vij. Ecce virgo conci
piet. que ſine noſtro cōplet᷑ arbitrio. vt dic̄
quedā gloſa Matth. j. ergo nō requireba
tur aliꝰ ꝯſenſus ex ꝑte v̓ginis rōe cuiꝰ opor
teret annūciationē fieri ¶ Secūdo ſic. Be
ata v̓go incarnatiōis fidē habebat. ſꝫ de eo
qđ q̇s ꝑ certitudinē credit nō indiget vlteri
us inſtrui. ergo nō fuit neceſſariū annunci
ationē beate v̓gini fieri de incarnatiōe filij
dei ¶ Tertio ſic. Sicut dicit Gregorius. fi
des nō habet meritū cui humana ratō pre
bet experimentū. ſꝫ in collocutiōe angl̄i ad
virginē quedā ꝑſuaſiua renūciatio facta ē
ergo meritū fidei in ipſa vel euacuauit vel
diminuit. quoꝝ vtrūqꝫ eſt incōueniens. er
go ⁊c̄ ¶ Quarto Inter q̄ nulla diſtātia eſt
nulla eſt miſſio. ſꝫ inter deuꝫ ⁊ beatā v̓gineꝫ
nulla eſt diſtātia. ergo nulla debuit īterue-
nire miſſio media. patet. q̇a deꝰ fuit cū bea-
tiſſima v̓gine ꝑ eſſentiā p̄ntiam ⁊ potentiā
ſicut eſt ī creaturis generalit᷑. ⁊ ꝑ inhabita-
tā grāꝫ. ſicut eſt ī ſanctis ſpēaliter. ergo nul
la miſſio neceſſaria fuit. ¶ In oppoſituꝫ ar
guit᷑ ex p̄nti euāgelio. vbi dr̄. ꝙ angelꝰ dixit
ei. Ecce ꝯcipies ⁊ paries ¶ Scđo ſic. Maio
ris ſapiētie oſ̄ſiuū eſt miraculū de ꝯceptō
ne chriſti ex v̓gine q̃ꝫ de ꝯceptiōe Iohis ba
ptiſte ex ſterili. ſꝫ ꝯceptio Iohis ꝑ angelū p̄
nunciata eſt ne fortuitu ⁊ nō ex dei ꝓuiden
tia accidere putaret᷑. ergo multo amplius
ꝯceptionē chriſti debuit annūciatio p̄cede
re. ¶ Tertō ſic. Cōceptiōe chriſti factuꝫ eſt
qđdā matrimoniū ꝑ indiuiſibilē ꝯiunctio
nē diuīe et hūane nat᷑e. ſꝫ ī matrimonio re-
quirit᷑ ꝯſenſus q̇ ꝑ v̓ba nūcioꝝ req̇rit᷑ ⁊ ꝯſi-
liat᷑. ergo decuit vt deꝰ ꝑ angelū ſuū ꝯſenſū
exq̇reret v̓ginis de q̄ humanā naturā aſſu-
meret ī vnitatē ꝑſone ¶ Rn̄deo dicēduꝫ ꝙ
cōgruū ⁊ ꝯuenientiſſimū fuit annūciare be-
ate virgini ꝙ eſſet chriſtū conceptura. Iſti-
us concluſionis cōgruitas oſtendit᷑ ex mlꝫ
tis. Primo vt cōſeruaret᷑ cōgruꝰ ordo cō-
iunctionis filij dei ad virginē. vt ſcilicꝫ ꝑuſ
mens eius de ipſo inſtrueret᷑ q̃ꝫ carne eum
conciperet. Non enī decebat vt dei ſapien
tia eius vterū inhabitaret ſine hoc ꝙ menſ
eius cognitione tanti myſterij reſplēderet.
et ideo non decuit eam ignorare quod ī ea
fiebat. ſed oportuit hoc ſibi annūciare Se
cundo vt ipſa futura eſſet certiſſima teſtis
hmōi inuſitate cōceptōnis. vnde oportuit
ꝙ de tanto myſterio ꝑ annunciationē eru-
diretur. Tertio q2 deus nō diligit coacta ſ̄-
uitia ſed volūtaria. vt q̄ obſequunt᷑ in ipſo
miniſterio mereāt᷑. Vn̄ cuꝫ beata v̓go ſin-
gulariter eligeret᷑ in dei miniſteriū quē vte
ro portauit. lacte aluit. decuit vt conſenſus
eius angelo nūciante requireret᷑. que hūili
ter prebens ſe ad obſequiuꝫ. ſedulam ſe ac
promptam obtulit dicens. Ecce ancilla do
mini. ¶ Ad ratiōes in oppoſitū ¶ Ad pri-
mā rn̄det᷑ negādo cōſequētiam. ⁊ ad gloſā
Matth. j. rn̄detur. ꝙ ea d̄ q̇bus eſt prophe
tia p̄deſtinatōnis cōplent᷑ ſine noſtro arbi-
trio cauſāte. ſꝫ ñ ſine nrō arbitrio ꝯſentiēte.
¶ Ad ſecūdā rn̄det᷑. negādo ꝯſequentiaꝫ.
Et rō eſt. q̇a non erat determinate cadens
ſub fide tempus incarnationis. et per quā
virginem hoc eſſet implendum. et ideo de
hoc inſtruenda erat per annunciationem
incarnationem eſſe futuram que antiquo
rum fidei ſubiacebant firmiſſima fide tene
bat. ſed cum eſſet humilis non tam alta de
ſe ſapiebat. ⁊ ideo ſuꝑ hoc erat inſtruenda.
¶ Ad tertiam reſpōdetur. negando conſe
quentiam. Et ratio eſt. quia allocutio an-
geli non ex ratione humana perſuaſit. ſed
ex omnipotentia diuina cui fides maxime
innititur. Dixit enim. Non erit impoſſibi-
le apud deum omne verbum. ¶ Ad quar
tam reſpondetur negando conſequentiaꝫ
Et ratio eſt. Quia vt dicit Albertus. licet
in ea habitaſſꝫ per gratiam non tamen per
corporalem preſentiam ad quam neceſſa-
ria erat annunciatio rationibus aſſigna-
tis

# Ad ſecūdam queſtio

nē ſic ꝓcedit̄. Et videt̄ ꝙ iſta annūciatio nō
debuit fieri ꝑ angelū. ¶ Primo ſic. Supre
mis angel' fit reuelatio a dō imediate. vt di
cit Dionyſiꝰ. vij. celeſtis hierarchie. ſʒ mat̄
dei eſt ſuꝑior oībꝰ angelis. ergo nō debuit
ſibi ꝑ angelū annūciari incarnationis my
ſteriū. ſʒ imediate a deo. ¶ Scdō ſic. Nul
lus pōt annūciare qd ignorat. ſʒ ſupmi an
geli nō plene cognouerūt incarnatōis my
ſteriū. vt dicit beatꝰ Dionyſiꝰ. ergo videt̄
ꝙ ꝑ nullū angelū ꝯueniēt̄ potuit incarnati
onis myſteriū annūciari. ¶ Tertio. Ma
iora ſūt ꝑ maiores nūcios annūciāda. ſed
myſteriū incarnatiōis eſt maximū int̄ oīa
alia q̄ ꝑ angelos ſunt hoībus nūciata. ergo
videt̄ ꝙ ſi ꝑ aliquē angelū annūciari debu
it ꝑ aliquē de ſupmo ordine debuit. non er
go ꝑ gabrielē qui eſt de ordine penultimo.
¶ In oppoſitū eſt euangeliuʒ pn̄s. vbi dr̄.
ꝙ miſſus ē angelꝰ gabriel ¶ Rn̄deo dicen
dū ſub certis ꝯdictionibꝰ. Prima eſt ꝙ cōue
niēs fuit matri dei annūciari ꝑ angeluʒ in
carnatōis myſteriū. Et hᵒ ꝯueniētia colligi
tur ex tribꝰ. Primo qr hᵒ ꝯgruebat v̓gini.
Dic̄ eni Hiero. ꝙ angel' eſt cognata v̓gini
tas. vn̄ decuit vt ad v̓ginē nūciandā ange
lus mitteret̄. Secūdo q̄a ꝑditio humana
ex hᵒ ſumpſit initiū. q̄a diabolꝰ mulierē al
locutꝰ eſt. Vn̄ vt dic̄ Beda. aptū appareʒ hu
mane nature repatiōis exordiū vt angelus
mitteret̄ ad v̓ginē ꝑtui ꝯſecrādā diuino. q̄a
ꝑma ꝑditiōis hūane cauſa fuit cū ſerpēs a
diabolo mittebat̄ ad mulierē ſpū ſuꝑbie de
cipiendā. Tertio q̄a ille annunciabat̄ q̄ eſt
rex hoīm ⁊ angloꝝ. ⁊ eiꝰ natiuitas ſic̄ ſalu
tē hominū fuit. ita ⁊ in repatiōe ruine ange
lice. ⁊ iō decuit vt tā hoīeſ q̄ʒ angeli huic
myſterio miniſteriū exhiberēt. Scda ꝯdcō
Angelꝰ nūcians non fuit de ſupma hierar
chia nec de media ſʒ de infima. nec de ꝑmo
ordine eiuſdē hierarchie. ſʒ de medio q̄ ē or
do archangloꝝ. Dic̄ aūt Albertꝰ in laudi
bus v̓ginis marie. ꝙ n̄ mittit̄ angelꝰ d̓ ma
ioribꝰ ſʒ fuit archangelꝰ. ⁊ hᵒ in honoratiōʒ
beatiſſime v̓ginis. q̄a ſi aliq̄s de ſuꝑioribus
mitteret̄ ab illo illumiari crederet̄ de mino
ribꝰ. ergo mittit̄ vt oñdat̄ ꝙ angelꝰ ē tantū
negocij miniſterial' et exterior delator. deus
aūt ꝑ ſeipſuʒ ē negocij inuētor ⁊ inſpirator
⁊ mētis ad cōſenſū inclinator. hec Albertꝰ
Tertia ꝯdcio. Cōueniēs fuit ꝙ angelꝰ annū
cians viſione corꝑali v̓gini appareret. Ma
tet ꝯdcio. quia angelꝰ annūciare venerat i
carnationeʒ filij dei. vn̄ cōueniēs fuit vt ad
hmōi rei delationē inuiſibilis creatura for
mam aſſumereʒ in q̄ viſibilit̄ appareret. Tū
ſecundo. q̄a ſic cōgruit certitudini eiꝰ ꝙ an
nunciabat̄ ꝑ ea que oculis ſubiecta rectius
cōprehendimꝰ q̄ʒ ea que imaginant̄ Ad
ratōnes in oppoſitū ¶ Ad primā rn̄det̄ ne
gādo ꝯſequētiā. Et rō ē. q̄a licet beata v̓go
ſuꝑior eſſet angelis quātū ad dignitatē ad
quā diuinitꝰ eligebat̄. tamē q̄ntū ad ſtatū
preſentis vite inferior erat angelis. q̄a etiā
ipſe chriſtus ratiōe paſſibilis vite modicū
ab angelis minoratꝰ eſt. vt habet̄ ad Heb.
ij. ſed quia tamē chriſtꝰ fuit viator ⁊ cōphē
ſor quantuʒ ad cognitionē. non indigebat
ab angelis inſtrui. ſed mater dei non erat i
ſtatu cōprehēſoꝝ. ideo de diuino myſterio
ꝑ angelos inſtruēda erat. ¶ Ad ſecūdam
reſpondetur. ⁊ dicit̄ ꝙ angeli inferiores nō
penitus myſteriū incarnatōnis ignorauę
runt. ſʒ quia nō totā pfunditatē diuini con
ſilij ſuper ſalutem generis humani capere
poterant inquirebant plenius edoceri di
centes illud Eſa. lxiij. Quis ē ille q̄ venit ⁊c.
¶ Ad tertiaʒ reſpōdetur negādo ꝯſequen
tiam. Et ratio eſt. quia nō oportet ꝙ nunci
us equalis ſit ſuꝑioritatis ſicut eſt res enū
cianda. ſed ſufficit ꝙ ſit ſummus nō ſimpli
citer ſuꝑ omēs ordines ſʒ ſummꝰ reſpectu
angeloꝝ. Ipſe eni fuit de ordine archanglo
rum. vnde eccl'ia archangelū eū nominat.
Et hūc intellectū videt̄ habere Gregorius
cū dixit ꝙ ſummū angelū venire dignū fu
erat qui ſummū omniū nunciabat. Vnde
ipſe Gregoriꝰ in omelia de centū ouibus
dicit. ꝙ archangeli dicunt̄ q̄ ſūma annūci
ant. ꝑterea ſicut dicit albertꝰ ſi de ſuꝑioribꝰ
fuiſſet crederet̄ ꝙ ab eo illuminaret̄ ⁊c. vt ſu
pra poſitum eſt

## ¶ Ad tertiam queſtio

nem ſic ꝓcedit᷑. Et videt᷑ ꝙ annunciatio nõ
fuerit cõuenienti ordine ꝑfecta. Dignitas
enĩ matris dependet ex ꝓle cõcepta. ſʒ cau-
ſa debet ꝑus manifeſtari q̃ʒ effectꝰ. ergo ꝑ-
mo debuit angelꝰ v͛gini annũciare conce-
ptum ꝓlis q̃ʒ eiꝰ dignitatẽ exp̄mere eam ſa
lutãdo ¶ Secũdo ſic. Probatõ aut p̄mit
ti debet in his q̃ dubia nõ ſunt. aut p̄mitti ĩ
his q̃ dubia eſſe pñt. ſʒ angelꝰ p̄mo videtur
annũciaſſe id de q̊ virgo dubitaret ⁊ dubi-
tando q̃reret .d. Quõ fiet iſtud. et poſtea ꝓ
bationẽ adiunxit. Tũ exẽplo elizabeth. Tũ
ex dei omĩpotẽtia ergo incõueniẽti ordine
annũciatio ꝑ angelũ eſt facta ¶ Tertiõ ſic.
Maiꝰ nõ poteſt ſufficiẽter ꝓbari ꝑ minꝰ.
ſʒ magis fuit v͛ginẽ ꝑere q̃ʒ vetulã. ergo nõ
fuit ſufficiẽs ꝓbatio angeli ꝓbãtis ꝯceptũ
v͛ginis ex cõceptu ſenis. ¶ In oppoſitum ẽ
q̊d dicit᷑ ad Ro. xiij. Que a deo ſũt. ordina-
ta ſunt. Angelus aũt miſſus eſt ad ꝫ ꝙ vir
gini annũciaret. vt d͛r Lu. j. ergo ordinatiſ-
ſime fuit annũciatio ꝑ angelum completa
¶ Reſpõdeo dicẽdũ ꝙ annũciatio ꝯgruo
ordine ꝑ angelũ eſt ꝑfecta. Tria enĩ intẽde-
bat angelus circa v͛ginẽ. Primo q̃dem red-
dere mentẽ eius attentã ad tãte rei ꝯſidera
tionẽ. q̊d fecit eã ſalutãdo quadã noua ⁊ i-
ſolita ſalutatiõe. in qua ſalutatione p̄miſit
idoneitatẽ eius ad cõceptum. in eo ꝙ dixit.
Dñs tecũ. Et p̄nũciauit honorẽ ſequentem
cũ dixit. Bñdicta tu in mulieribꝰ. Secun-
do aũt intẽdebat eã inſtruere de myſterio
incarnatiõis. q̊d in ea erat cõplendũ. quod
quidẽ fecit p̄nũciando ꝯceptũ et partum di
cens. Ecce ꝯcipies ĩ vtero ⁊c. Et oñdẽdo di-
gnitatẽ ꝓlis concepte. cũ dixit. Hic erit ma
gnus. Et in demõſtrãdo modũ ꝯceptiõis
cũ dixit. Spũſſanctꝰ ſuꝑueniet ĩ te. Tertio
intẽdebat animũ eiꝰ ducere ad ꝯſenſum. q̊d
quidẽ fecit exẽplo elizabeth. ⁊ rõe ex diuina
potẽtia ſumpta ¶ Ad ratiões in oppoſitũ.
¶ Ad p̄mã reſpondet᷑. negando ꝯſequen-
tiam. Et rõ eſt. q̃a aĩo humili nihil eſt mira-
bilius q̃ʒ auditꝰ ſue excellẽtie. Admiratio
aũt maxime attẽtionẽ animi facit. ⁊ idõ ãge
lus volens mentẽ virginis attentam redde-
re ad auditũ tanti myſterij ab eiꝰ laude ĩce
pit ¶ Ad ſecundam rñdet᷑. ꝙ rõ non ꝓce-
dit. quia vt dicit Ambroſiꝰ. Beata v͛go ñ
dubitauit eſſe faciendũ. ſed quomodo fieri
poſſet inquirit. ſed nec ſi beata virgo dubi-
tauerit. quod aſſerit Auguſtinus. Unde ĩ
libro de queſtionibꝰ veteris et noui teſta-
menti. Ambigenti marie de conceptu poſ-
ſibilitatem angelus p̄dicat. ſed quia tal' du
bitatio magis eſt admiratõnis q̃ʒ incredu
litatis. et ideo angelus probationem indu
cit. non ad auferendum incredulitatem. ſed
remouendum etiam eius admirationem.
¶ Ad tertiam rñdetur. ꝙ conceptus ſteril'
inducitur non quaſi ſufficiens argumẽtum
ſed quaſi quoddam figurale exemplũ. ⁊ idõ
ad confirmationem huius exempli ſubdi-
tur argumentũ efficax ex omnipotentia di
uina.

## In feſto beati ambro

ſij eſt euãgelium. Uigilate ergo. Mat. xxiiij
Circa quod pñt diſputari ſequentes q̃ſtio
nes ¶ Prima. Utrum liceat iniunctum epi
ſcopatum omnino refutare. vel omĩno re-
niti canonice electioni vel prouiſioni de ſẽ
facte. ¶ Secunda. Utrũ fidelis fuꝰ ⁊ pru
dens quẽ conſtituit dñs ſuꝑ familiã ſuam
peccet mortaliter ſi bona eccleſiaſtica que
procurat non largiat᷑ pauꝑibꝰ. ¶ Tertia.
Utrum Ambroſiꝰ bene fecit excõmunicã
do imꝑatorem

## Ad p̄mam q̃ſtio

nem ſic ꝓcedit᷑. Et videtur ꝙ non
liceat iniunctũ ep̄atũ vel aliã p̄la
turã oĩno refutare. vel reniti electiõi vel in-
iunctiõi ¶ Primo ſic Nullꝰ enĩ peccat ſi
meliora nolit deſerere vt minꝰ bonis inhe
reat. cũ ergo amor dei p̄emineat dilectioni
proximi. et vita cõtemplatiua p̄feratur vi-
te actiue. ergo nõ peccat ille q̃ recuſat oĩno
epiſcopatũ ¶ Secũdo ſic. Dicit Gregori
us. Ualde difficile eſt vt aliq̃s ſe purgatum
poſſit cognoſcere. nec debʒ aliquis nõ pur-
gatus ſacra miſteria adire. ſi ergo ñ ſentiat

ſe purgatũ q̃ðcunq; epãle iniungat̃ offici/
um ſiue papatus nõ debet illud ſuſcipere.
¶ In oppoſitum videt̃ eſſe euangeliu; pñs
vbi dr̃. Beat⁹ ille ſeru⁹ quẽ cũ venerit dñs
inueniet ſic facientẽ ¶ In oppoſitũ etiã eſt
illud de beato ambroſio. cuius feſtũ hodie
colit̃. q̃ mutato habitu a q̃buſdã mercato/
ribus obtinuit vt in quodã dolio ſup qua/
drigam de vrbe duceret̃ cui⁹ portas die no
ctuq; vigiles ꝓpter eũ obſeruabãt. q̃ extra
vrbẽ poſitus ſiluas petijt latibula caverna
rum req̃rens ibiq; tribus dieb⁹ latuit. Ve/
rũtamen dũ ſollicite quereret̃ columna lu
cis p̃fulgida a celo dependẽs ſuper locũ in
quo latitabat apparuit ¶ Rñdeo dicendũ
iuxta ſanctũ Thomã in ſecũda ſcðe. q̄ i aſ/
ſumptiõe epãtus duo ſunt conſideranda.
Primo quidẽ q̃d deceat hominẽ appetere
ſm ꝓpriã voluntatez. Secundo q̃d deceat
hominẽ facere ad voluntatẽ alteri⁹ Quã/
tum ergo ad ꝓpriã voluntatẽ ꝯuenit homi
ni p̃ncipaliter inſiſtere ꝓprie ſaluti. ſ; q̄ alie
ne ſaluti intẽdat h̃ ꝯuenit homini ex diſpo
ſitione alteri⁹ poteſtatẽ habẽtis. Vñ ſicut
ad ordinationẽ volũtatis ꝑtinet q̄ aliquis
ꝓprio motu ferat̃ in hoc q̄ alioꝝ guberna/
tioni p̃ferat̃. ita etiã ad inordinationẽ volũ
tatis q̄ aliq̃s omnino cõtra ſupioris iniun
ctionẽ p̃dictũ gubernatiõis officiũ finalit̃
recuſet ꝓpter duo Primo q̃dez quia hoc
repugnat charitati ꝓximoꝝ quorũ vtilita/
ti ſe debet aliq̃s exponere ꝓ loco ⁊ tempore
Vñ Aug̃. dicit. xix. de ciuitate dei. q̄ nego/
cium iuſtũ ſuſcipiat neceſſitas charitatis.
Secũdo quia h̃ repugnat humilitati per
quã aliq̃s ſupioꝝ mandatis ſe ſubijcit Vñ
Greg̃. dicit in paſtorali. Tũc añ dei oc̃los
vera eſt humilitas cũ ad reſpuendũ q̃ð vti
liter ſubire p̃cipit̃ ꝑtinax nõ eſt. Et idem vi
detur dicendũ de papatu. quia electio eius
eſt ꝯfirmatio. ¶ Ad ratiões i oppoſitum.
¶ Ad p̃mã rñdet̃ negãdo ꝯſequẽtiam Et
ratõ eſt. q̃a q̃zuis ſimpliciter et abſolute vi
ta ꝯtemplatiua potior ſit q̃z actiua. ⁊ amor
dei q̃z dilectio primi. tñ ex alia ꝑte bonũ mł
titudinis p̃ferendũ eſt bono vni⁹. Vñ Au
guſtin⁹ dicit in v̾bis p̄miſſis. Neꝯ ociũ ve

ſtrum neceſſitati eccleſie p̄ponatiſ. p̄ſertim
cum hoc ad dilectionez dei ꝑtineat q̄ aliq̃s
ouib⁹ chriſti curã paſtoralẽ impẽdat. Vñ
ſup illud Joh. vlt. Paſce oues meas. dicit
Auguſtin⁹. Sit amoris officiũ et paſcere
gregẽ dominicũ. ſicut fuit timoris indiciũ
negare paſtorẽ. Similiter rõ nõ p̄cedit. q̄z
p̄lati nõ ſic trãſferunt̃ ad vitã actiuã vt con
templatiuã deſerãt. Vñ Aug⁹. xix. de ciui
tate dei. q̄ ſi imponat̃ ſarcina paſtoralis of
ficij. nec ſic deſerẽda eſt dilectio veritatis q̄
in cõtemplatõne habet̃. ¶ Ad ſecundã re/
ſpõdet̃ negãdo ꝯſequẽtiã. niſi impedimen
tum q̃ð habet non poſſet ſupior remouere
ſibi. vtputa excõmunicationez aut irregu/
laritatem aut ipſemet deſerendo volũtatẽ
peccãdi. ſi aũt nõ poteſt. tũc nõ tenet̃ obedi
re alicui.

## Ad ſecũdam queſtio

nem qua querit̃. Vtrũ fidel ſeru⁹ ⁊ prudẽs
quẽ cõſtituit dñs ſup familiã ſuã. i. ep̃s vel
p̄latus peccet mortaliter ſi bona eccleſiaſti
ca. q̃ ꝓcurat non largiat̃ paupib⁹. Et videt̃
q̄ ſic. Dicit eñ Ambroſius exponẽs illud
Luc. xij. Hominis cuiuſdã diuitis vberes
fructus ager attulit. Nemo ꝓpriũ dicat q̃ð
eſt cõmune. pl⁹ q̃z ſufficiat ſumptui violẽt
obtentu; eſt. ⁊ poſtea ſubdit. Nec min⁹ eſt
criminis habẽti tollere q̃z cũ poſſis ⁊ abun
das denegare indigentib⁹ ſed violẽter tol
lere alienu; eſt pc̃tũm mortale. ergo epiſco
pus mortaliter peccat ſi ea que ei ſupfluũt
paupibus nõ largiat̃ ¶ Secũdo ſic ſuper
illud Eſa. iij. Rapina pauperũ in domo ve
ſtra. dicit gloſa Hieronymi. q̄ bona eccleſi
aſtica ſunt pauperũ. ſ; q̃cũq; id q̃ð eſt alte
rius ſibi reſuat aut alijs dat peccat morta
liter ⁊ tenet̃ ad reſtitutõnẽ. ergo ſi ep̃i bona
ecc̃liaſtica q̄ eis ſupfluũt ſibi retineãt vł cõ
ſanguineis vel amicis largiant̃. videt̃ q̄ te
nent̃ ad reſtitutionẽ ¶ Tertio ſic. Multo
magis aliq̃s poteſt de reb⁹ ecc̃ie ea q̄ ſũt ſi
bi neceſſaria accipe q̃z ſupflua cõgregare.
S; Hieronym⁹ dic̃ i ep̃la ad Damaſũ pa
pam. Clericos illos ꝯuenit ecc̃ie ſtipendijs
ſuſtẽtari. q̃b⁹ ꝑentũ vel ꝓpinquorum nulli

ſuffragātur. q̄ aūt bonis parentū ⁊ opibuſ
ſuſtentari pn̄t ſi q̄d pauperū accipiūt ſacri
legium incurrūt. ergo multomagiſ epiſco
pi mortaliter peccāt ſi ea q̄ eis ſupfluūt de
bonis eccl'iaſticis paupibꝰ nō largiantur.
¶ In oppoſitū videt̄ euangeliuꝫ. vbi dr̄ Ut
det illis in tp̄e tritici menſurā. ergo n̄ debet
p̄latus q̄d ſupfluit ſp̄ dare paupibꝰ. ſꝫ p tē
pore ſcꝫ neceſſitatis ⁊ cū menſura. q̄a i illis
rebus ſunt exponēda ſupflua. Sꝫ in oppo
ſitum eſt. q̄a plures ea q̄ ſupſunt nō largiū
tur paupibꝰ ſꝫ expēdere vident̄ laudabilit̄
ad redditꝰ eccl'ie ampliādos ¶ Reſpōdeo
dicēdū iuxta ſanctū Thomā in ſecūda ſcd'e
q̄ aliter eſt dicenduꝫ de ꝓpriis bonis q̄ epi
pn̄t poſſidere. ⁊ de bonis eccleſiaſticis. naꝫ
ꝓprioꝝ bonoꝝ verū dominiū habēt. vn̄ ex
ipſa rerū cōditione nō obligant̄ vt eas cō
ferant. ſꝫ pn̄t vel ſibi retinere vel aliis etiaꝫ
p̄libito elargiri. pn̄t tamē in earū diſpēſati
one peccare. vel ꝓpter inordinationeꝫ affe
ctus ꝑ quā cōuenit q̄ plura ꝯferāt q̄ꝫ opor
teat. etiā q̄ aliis ſubueniant. q̄d req̄rit debi
tum charitatis. nō tn̄ tenent̄ ad reſtitutiōꝫ.
quia hm̄ōi res ſūt ſuo dominio deputate.
Sꝫ eccleſiaſticoꝝ bonorū ſūt diſpēſatores
vel ꝓcuratores. Dicit enī Auguſtinus ad
bonifaciū. Si priuatū poſſidemꝰ q̄d nob̄
ſufficiat. nō vlla noſtra ſunt ſꝫ illoꝝ quoruꝫ
ꝓcurationē gerimꝰ nō ꝓprietatē nob̄ vſur
patione damnabili vendicamꝰ. Ad diſpē
ſatorem aūt req̄ritur bona fides. vt notat̄ i
pn̄ti euangelio. cū dr̄. Fidelis ⁊ prudens ⁊c̄.
Et. i. Coꝝ. iiii. Hic iam q̄ritur inter diſpēſa
tores vt fidelis q̄s inueniat̄. Sunt aūt bo
na eccl'iaſtica nō ſolū ad vſus pauperū ſed
etiā ad cultū diuinū ⁊ neceſſitates miſtroꝝ
Un̄ dr̄. xii. q. ii. de redditibꝰ eccl'ie vel oblatō
nibus fideliū ſola ep̄o ex his vna portio re
mittat̄. due eccl'iaꝝ fabriciſ erogationi pau
perum. ꝓfuture a preſbytero ſub ꝑiculo ſui
ordinis ꝓbeātur. vltima clericis ꝓ ſingulo
rum meritis diuidat̄. ſi ergo diſtincta ſunt
bona q̄ debent in vſum epi cedere ab his q̄
ſunt paupibus ⁊ miniſtris ⁊ cultui eccleſie
erogāda. ⁊ aliq̄d ſibi retinuerit ep̄s de his
que ſunt paupibus eroganda vel in vſum
miniſtrorū vel in cultū diuinū expendēda
nō eſt dubiū q̄ cōtra fidē adminiſtratiōis
agat ⁊ mortaliter peccat. ⁊ ad reſtitutioneꝫ
tenet̄. De his aūt que ſunt ſp̄ealiter ſuo vſui
deputata videt̄ eſſe eadē ratio que eſt de ꝓ
priis bonis. vt ſcꝫ ꝓpter immoderatum af
fectum ⁊ vſum peccet. vt ſi immoderate ſi
bi retineat ⁊ aliis nō ſubueniat ſicut req̄rit
debituꝫ charitatis. Si v̄o nō ſint predicta
bona diſtincta eoꝝ diſtributio fidei eiꝰ at
tribuit̄. et ſiquidē in modico deficiat vel ſup
abūdat. poteſt hoc fieri abſq̄ꝫ bone fidei de
trimento. q̄ꝛ nō poteſt homo in talibꝰ pun
ctualiter accipe id q̄d fieri oportet. Si v̄o
ſit multꝰ exceſſus nō pōt latere vn̄ videtur
bone fidei repugnare. ⁊ iō nō eſt abſq̄ꝫ aliq̄
p̄ctō mortali. ¶ Ad ratōes in oppoſitum.
¶ Ad primā r̄ndet̄ negādo cōſequētiam.
⁊ ad dictū Ambroſii r̄ndetur q̄ nō ſolū eſt
referendū ad diſpenſationē eccleſiaſticarū
rerū ſꝫ quorūcunq̄ꝫ bonoꝝ ex q̄bꝰ tenetur
aliq̄s debito charitatis ꝓuidere neceſſitatē
patiētibꝰ. nō poteſt tamē determinari q̄n̄
ſit iſta neceſſitas que ad peccatum morta
le obliget. ſicut nec cetera particularia que
in humanis actibus conſiderātur. horum
enī determinatio relinquit̄ hūane prudētie
¶ Ad ſecundā r̄ndet̄ negando conſequē
tiam. Et ratio eſt. q̄a bona eccl'iaꝝ nō ſunt
expendēda ſolū ad vſus pauperū. ſed etiaꝫ
in alios vſus. vt dictū eſt. ⁊ ideo ſi de eo q̄d
vſui epi vel alicuiꝰ clerici eſt deputatū velit
aliquis ſibi ſubtrahere ⁊ cōſanguineis vel
aliis dare nō peccat. dūmodo id faciat mo
derate. i. dū indigeant. nō autē vt inde diti
ores fiant. Un̄ Ambroſiꝰ libro de officiis.
Eſt approbāda liberalitas vt ꝓximos ſemi
nis q̄ ſi egēt cognoſcas. nō tn̄ vt illos ditio
res fieri vel ex eo q̄d tu potes ꝯferre i opibꝰ
¶ Ad tertiaꝫ reſpōdetur negādo ꝯſequen
tiam. Et rō eſt. q̄a nō omnia bona eccl'iaꝝ
ſicut dictū eſt ſunt paupibꝰ largienda niſi
forte in articulo neceſſitatis. in quo etiaꝫ ꝓ
redemptōne captiuoꝝ ⁊ aliis neceſſitatibꝰ
pauperū vaſa cultui diuino dicata diſtra
huntur. vt Ambroſiꝰ dicit. ⁊ in tali neceſſi
tate peccaret clericꝰ ſi vellet de rebus eccl'ie

viuere dūmodo haberet bona patrimoni-
alia de q̄bus viuere poſſit ¶ Ad quartā q̄
fuit ex pte oppoſita rn̄detur. ꝙ bona eccl̄iaꝝ
vſibꝰ pauperū deſeruire debēt. ⁊ iō ſi q̄s ne
ceſſitate n̄ imminēte ꝓuidēdi paupibus de
his q̄ ſupfluūt ex ꝓuentibꝰ eccl̄iaꝝ poſſeſſio
nes emat vel ī theſauro reponat in futurū
vtilitati eccl̄ie ⁊ neceſſitatibus pauperū. lau
dabilit̄ facit. Si v̄o neceſſitas imineat pau
peribꝰ erogandi. ſupflua cura eſt ⁊ inordi-
nata vt ad futurū ꝯſeruet. q̄d dominus ꝓ-
hibet Math. vj. Nolite ſolliciti eſſe in cra
ſtinum

¶ Ad tertiam queſtio
nem ſic ꝓcedit̄. Et videt̄ ꝙ beatꝰ Ambroſiꝰ
nō bene fecit excōicando impatorē ¶ Pri
mo ſic. Regaliſ poteſtas nō eſt ſubdita ſpi
rituali poteſtati. ergo ⁊c. ꝯſequentia eſt bo-
na. an̄cedēs ꝓbat̄. dicit gloſa ſup illud pſ.
Tibi ſoli peccaui. Quia rex oībꝰ eſt ſupior
⁊ iō tantū a deo q̄ eſt maior eſt puniendus
ſi quis de ꝑplo peccauit. deo peccauit ⁊ regi
rex v̄o nō hab; hoīem q̄ eiꝰ facta diiudicet.
ergo poteſtas ſpūalis nō poteſt iudicare ī
peratorē vel regē. ergo Ambroſiꝰ nō bn̄ fe
cit excōicando impatorē. cū nō eēt ſubiectꝰ
ei ¶ Secūdo ſic. j. Pet. ij. dicit beatꝰ petrꝰ
Subditi eſtote oī hūane creature ꝓpt̄ de
um. ſiue regi tāq̄; p̄cellēti. ergo ſi rex p̄cellit
nō eſt ſubiectꝰ epō. ⁊ ꝑ ꝯſequēs Ambro. nō
potuit eū excōicare Tertio ſic. Sacerdoſ
in veteri teſtamēto q̄d fuit figura noſtri in
terrenis oībꝰ ſubijciebat̄ regi. ergo videt̄ ꝙ
et in nouo teſtamēto. ¶ In oppoſitum eſt
euāgelium p̄ns. vbi d̄r. ꝙ fidelis ſuꝰ et pru-
denſ eſt ꝯſtitutꝰ ſup familiā dn̄i. i. p̄latꝰ ſup
eccl̄iam. ſ; intra eccl̄iam impatores ⁊ regeſ ⁊
p̄ncipes ꝯnumerant̄ cū alijs fidelibꝰ. ergo
poteſtas ſpūaliſ eſt ſup oēm terrenā. ⁊ ſi ſu
pra poteſt corrigere ⁊ punire. et ꝑ ꝯſequenſ
Ambroſiꝰ bn̄ fecit impatorē deū offenden
tem ⁊ eccl̄iam excōicare ¶ Rn̄deo dicendū
ꝙ beatꝰ Ambroſiꝰ potuit et debuit excōica
re impatorem. Pro p̄ma pte ꝙ potuit eſſe.
Notandu; ꝙ poteſtas ſpūalis ſupeminet
poteſtati ſeculari etiā regali in duabus. ſc;
dignitate ⁊ autoritate. Dignitate quidem
quia vt ait idē Ambroſiꝰ diſ. xcvj. c. duo ſūt
Aurū nō tā p̄cioſiuſ eſt plūbo q̄; regia po
teſtate altior eſt ordo ſacerdotalis. videmꝰ
eni colla regū ⁊ p̄ncipū ſubmitti genibꝰ ſa
cerdotū. ⁊ ab eis bn̄dici. Itē Hugo de ſcto
victore. Quāto vita ſpūalium dignior eſt
q̄; terrenaꝝ ⁊ ſpūs q̄; corpꝰ. tāto ſpiritual'
poteſtas terrenā poteſtatē ⁊ ſecularem ho
norē ⁊ dignitatē p̄cellit. ¶ Secūdo p̄cellit
autoritate. Vn̄ xcvj. diſ. Conſtantinuſ. vbi
d̄r. Vtile iudicauimꝰ cu; oībꝰ ſatrapis no-
ſtris. vt ſicut beatꝰ Petrꝰ in terris vicariꝰ
filij dei videt̄ eē ꝯſtitutꝰ. ita p̄ncipatus eiuſ
poteſtatē ⁊ autoritatē amplīꝰ q̄; terrene im
perialis noſtre ſerenitatis māſuetudo ha-
bere videt̄. vn̄ ⁊ tenētes frenū equi ipſius p
reuerētia petri ſubiectionis officiū illi exhi
buimus. Et iō dicit Hugo de ſancto victo
re. Spūalis poteſtas habet iudicare terre
nā poteſtatē ſi bona nō fuerit. Q̄d vero de
buit facere. patet. q̄r vt dicit Ambroſiꝰ Im
perator Theodoſiꝰ fecit occidi q̄nq; milia
hominū inter quos multi fuerūt innocen-
tes. Vn̄ cū impator mediolanū veniſſet et
eccl̄iam intrare vellet occurrit ei ad ianuaſ
ambroſiꝰ. eiq; aditū ꝓhibuit dicēs. Cur im
perator poſt cauſam tāti furoris et facino-
ris nō agnoſcis molē tue p̄ſumptiōis. ſed
forte recognitionē peccati ꝓhibet ptās im
perij. decet te vt vincat rō poteſtatē. p̄nceps
es o impator. ſed ꝯſeruoꝝ. q̄bus ergo ocul'
aſpicies cōmunis dn̄i templū. q̄bus calca
bis pedibꝰ ſanctū pauimentū. quō manuſ
extendes de q̄bus ſanguis adhuc ſtillat ⁊c
¶ Ad ratōnes ī oppoſitū ¶ Ad p̄mam re
ſpondetur negādo ꝯſequētiam. Et ad glo
ſam q̄ dicit ꝙ rex nō habet hominē qui eiuſ
facta diiudicet. faciēda eſt diſtinctō in hoc
ꝙ dicit̄. ꝙ nō habet hoīem. Spūalis eni po
teſtas nō iudicat ſm hominē vl' ſm huma-
nam legē ſ; inq̄ntū poſſidet vicem dei. Si
cut d̄r apoſtolis Luc. x. Qui vos audit me
audit. Et ſicut dicit aplus. ij. Cor. v. Pro
chriſto legatōne fungimur. Et ſm poteſta
tem ad vindictā ſpūalem nō corporalē; ſi
cut dicitur. xxiij. q. v. principes. ꝙ regum eſt

exercere corꝑalem penā.ſacerdotū ſpūalez
inferre vindictā. Sicut enī iudex terrenus
non ſine cauſa gladiū portat.ſicut dr̄ Ro.
xiij. Ita nō ſine cauſa claues eccl̄ie ſacerdo-
tes accipiūt. Ille portat gladium ad vindi
ctam malefactorū.ad laudē vō bonoꝝ. Iſti
claueſ habēt ad excluſionē excōmunicādo
rum ⁊ recōciliationē penitentium. expone
ergo a deo tantū rex eſt puniendus.ſupple
materiali pena. Et itē cū dr̄.nō habꝫ homi-
nem q̄ eius facta diiudicet.ſupple ad corpo
ralem penā inferendā. Hec ſm Alexandꝝ
de hal. Nos diceremꝰ ꝙ gloſa loquit̄ ꝑ tꝑe
dicendū in quo nō erat data poteſtas ſpū
alis que data eſt in nouo teſtamēto. Illo eī
tempe in tꝑalibꝰ ſubiecta erat poteſtas ſpi
ritualis terrene poteſtati vt infra dicetur.
¶ Ad ſecundā.de canonica Petri rn̄de
tur.negādo ꝯſequentiā. Et ratio eſt.q̄a cū
dicit̄.ꝙ rex ꝑcellit.intelligit̄ in ſuo ordine re
ſpectu terrene poteſtatis in regno nō ī cō-
paratione ſpūalis. ¶ Ad tertiā reſpōdetur
negādo ꝯſequentiā. Et rō eſt.q̄a ſm ſtatū
veteris legis ſacerdotalis poteſtas erat re-
gali inferior.ſꝫ nō ſm ſtatū noui teſtamen
ti. Sacerdotiū enī veteris teſtamēti carna
le erat ⁊ ꝑ carnalē ꝓpagationē ſuccedebat.
q̄zuis eſſet ordinatū ad diuinū obſequiuꝫ.
ſcꝫ diuinū cultū ⁊ figuras ſpiritualis ſacer
dotij noui teſtamenti. quod non eſt ꝑ ſuc-
ceſſionem carnalem. propterea in illa par-
te in qua carnale erat et terrenuꝫ.ſubiectuꝫ
erat terrene poteſtati.ſ.regali.ſic aūt nō eſt
in nouo

## ¶ In feſto beati Vin
centij magiſtri in theologia.eſt euangeliū.
Nemo accendit lucernā Luce.xj. Circa q̄d
ꝑn̄t diſputari ſeq̄ntes q̄ſtiones ¶ Prima
Utrū doctꝰ religioſus de ordine mēdican
tiū cū ꝑfectiōis ſtatu poſſꝫ gdū magiſtralē
ſuſcipe ¶ Secunda Utrū pōt ſcari tps ad
uentꝰ chriſti ad iudiciū.

AD primaꝫ queſti
onem Utrū doctꝰ religioſus d̓ or
dine mendicantiū cū ꝑfectōis ſta
tu poſſit gradū magiſtralē ſuſcipe. Et vide
tur ꝙ nō poſſit Math.xxiij. dn̄s ꝓhibuit.
ne diſcipuli vocarent̄ magiſtri.dicēs. Uos
aūt nolite vocari rabbi.vnꝰ enim eſt magi
ſter veſter.ergo videt̄ prohiberi etiam eſſe.
¶ Secūdo ſic. Statꝰ perfectiōis religioſi
ſtat in pauꝑtate ⁊ humilitate.ſꝫ ſtatus ma
giſtralis importat honoris ſtatuꝫ. vt dicit
glo. Mat.xxiij.ergo ⁊c. ¶ In oppoſitū eſt ꝙ
ſanctus Uincentiꝰ chriſti cōfeſſor de ordie
predicatoꝝ gradū ſuſcepit magiſtralē ſine
diſpendio ſtatꝰ ſue ꝑfectiōis.ita ſctūs Tho
mas ⁊ multi alij. ¶ Secundo arguitur ex
ꝑn̄ti euangelio.ſ.vbi dr̄ ꝙ nemo accēdit lu-
cernā ⁊ ponit ſub modio ſꝫ ſuꝑ cādelabꝛū.
ſed doctꝰ religioſus eſt ſicut lucerna incen-
ſa ad illuminādū alios.ergo nō ſb modio
ſed candelabꝛū eccl̄ie eſt ponēdꝰ magiſtrali
honore decoratꝰ. vt q̄ ingrediunt̄ ꝑ eiꝰ ma-
giſteriū lumē videāt ¶ Reſpondeo dicen
dū.ꝙ ſicut tāgit ſanctꝰ Thomas in li.queꝫ
fecit ꝯ impugnātes religionē. Quidam di
xerunt chriſtū de vitādo magiſterium de-
diſſe cōſiliū.et eē ſuperogationis opus.q̄a
religioſi tenent̄ ad illa que ſunt ſuperogati
onis.cōcludebant ex hoc religioſos cū ꝑfe-
ctionis ſtatu nō poſſe ſuſcipe gradū magi
ſtralē. Quoꝝ opinio multiplicit̄ oſn̄dit̄ fal
ſa ⁊ erronea. Primo q̄a quattuor ꝑcipui
doctores eccl̄ie fuerūt religioſi.ſicut patꝫ de
Auguſtino. Hieronimo Gregorio ⁊ Am
broſio. Secūdo q̄a falſum eſt ꝙ vitatō ma
giſterij cadit ſub ꝯſilio vel ꝑcepto.cui ꝓmit
titur ſingulare ꝑmiū.doctoribus ſicut ⁊ ex-
poſitoribꝰ ſacre ſcripture ꝓmittit̄ ſingula-
re ꝑmiū.ſicut v̓ginibꝰ ⁊ martyribꝰ. Sicut
ergo inconueniens eēt dicere. ꝙ vitare vir-
ginitatē vel martyriū caderet ſub conſilio
ſic eſt incōueniēs dicere ꝙ vitare magiſte-
rium cadat ſub ꝯſilio vel ꝑcepto. Tertio ſic
Nō poteſt dari ꝑceptū vl̓ cōſiliū de eo q̊d
cōtrariat̄ ꝑcepto vel cōſilio.ſꝫ docere cadit
ſub ꝑcepto vel ꝯſilio.vt ptꝫ Mat.vlt. Eun
tes docete oēs gētes ⁊c. Ad Gal.vj. Si ꝑoc
cupatꝰ q̊s fuerit in aliq̊ delicto vos q̄ ſpūa
les eſtis inſtruite illū in ſpū lenitatis. ergo
in nō docēdo nō poteſt eſſe cōſiliū Quarto

quia conſilia ſunt pͥmo ꝑ apoſtolos obſer-
uata. ſꝫ ipſi magiſteriū ⁊ doctoratū non vi-
tarunt. Dicit eī Paulus. j. ad Timoth. ij.
Ueritatē dico nō mentior doctor gentium
in fide ⁊ vͥtate. Quinto dato ꝙ ſub cōſilio
caderet vitare magiſteriū. non tn̄ ſequitᷣ ꝙ
ad hoc omnes religioſi tenerentᷣ. nō eī om-
nes q̄ ꝑfectiōis ſtatū ꝓfitentᷣ ad oīa tenentᷣ
ꝯſilia. ſꝫ tantū ad ea ad q̄ ex voto ſe obligāt
Dicendū eſt igitᷣ ꝙ religioſi magiſ q̄ꝫ alij ſe-
culares tenēdo eoꝝ ꝑfectiōis ſtatū pn̄t ma-
giſterij gͦdū ſuſcipe Ad rōes in oppoſitū.
¶ Ad pͥmā reſpondetᷣ. negando ꝯſequen-
tiam. Et rō ē. q̄a licet chriſtꝰ ꝓhibuerat oī-
bus ambitionē magiſterij ⁊ honoris. non
tamē actū magiſterij Uñ aplꝯ. j. Timo. ij
vocat ſe doctorē dicēs. Ueritatē dico n̄ mē-
tior doctor gentiū in fide ⁊ veritate. Secū-
do rn̄detur ꝙ intelligitᷣ eſſe ꝓhibituꝫ ſm̄ qͦ
quis dicaᷣ pͥncipalꝭ magiſter. quia ſolꝰ deꝰ
eſt pͥncipalis magiſter q̄ docet omnē ſcien-
tiam. ⁊ q̄ illuminat omnē hoīem. homo pt̄
dici magiſter ꝑticipatiue et minus pͥncipa-
liter qui tantum docet exterius aliqua pro-
ponēdo ex q̄bus formātur fantaſmata de-
bita a q̄bus intellectꝰ agēs facilius abſtra-
hit ſpēm intelligibilē. ſicut in ſanatione ho-
minis natura tantū agit pͥncipalitᷣ. medicꝰ
vͦ ea adminiſtrat ex q̄bus natura iuuatur
¶ Ad ſecundā rn̄detur negando ꝯſequēti-
am. Et rō eſt. q̄a nō interdicitᷣ religioſis ho-
nor q̄ debetᷣ ſpūalibus bonis. ſed ſolum ille
q̄ cōſiſtit in rebꝰ mūdanis. alias cuꝫ honor
debeatᷣ ſacerdotio et prelature. nec ad ſacer-
dotiū nec ad p̄laturā aſſumi poſſent. nō er-
go prohibetur honor magiſtralꝭ cathedre
ſed ambitio

## Ad ſecundam queſtionem.

Utrū pōt ſciri tps aduentꝰ chriſti ad
iudiciū. Sic pceditᷣ. Et videtᷣ ꝙ ſic ¶ Primo
ſic. Sicut eni ſancti patres expectabant pri-
mū aduentū. ita nos ſecundū expectamus
ſed ſancti patres ſciuerūt tps aduētus pri-
mi ſicut ꝑ numerū hebdomadarū que ſcri-
buntᷣ Dan. ix. Ergo videtᷣ ꝙ ⁊ nobis eſt poſ-
ſibile ſcire tps ſecūdi aduētus determiatū
¶ Secūdo ſic. Per ſigna deuenimꝰ ī co-
gnitionē ſignatoꝝ. ſꝫ de iudicio mlᵗa ſigna
deſcribuntᷣ. ergo in cognitionē illiꝰ tempis
poſſumꝰ deuenire. ¶ Tertio ſic. ſm̄ Aug.
in fine de ciuitate dei. Sexta etas currit ab
aduētu chriſti vſq̄ꝫ ad finē mundi. ſed ſciri
poteſt q̄ntū p̄cedentes etates durauerunt
ergo ſciri poteſt quātū iſta etas durare de-
beat ꝑ cōꝑationē ad alias. ¶ Quarto ſic.
Magnū ⁊ ꝑuū. diuturnū ⁊ breue relatiue
dicuntᷣ de vno ꝑ cōparationē ad aliud. ſed
tempus illud q̄d eſt ab aduētu chriſti vſq̄ꝫ
ad finē mūdi dicitᷣ eē breue. vt ptꝫ. j. Cor. vij
Tempꝰ breue eſt. Et in eadē. x. Nos ſumꝰ
in quos fines ſeculoꝝ deuenerūt. Et. j. Jo.
ij. Nouiſſima hora eſt. ergo h̄ dicitᷣ ꝑ cōpa-
rationē ad tps p̄cedens. ergo ſaltē h̄ videtᷣ
ſciri poſſe ꝙ multo breuiꝰ eſt tempuſ ab ad-
uentu chriſti vſq̄ꝫ ad finē mundi q̄ꝫ a pͥnci-
pio mundi vſq̄ꝫ ad chriſtū. h̄ argumentuꝫ.
q̄a magiſter Uincentiꝰ cuiꝰ feſtum hodie
agitᷣ videbatᷣ aſſerere ⁊c. ¶ In oppoſitū eſt
illud qͦ dicitur Matth. xxiiij. De die illa ⁊
hora nemo ſcit nec angeli celoꝝ. Secūdo
ſic. Si deberet aliq̄bꝰ reuelari p̄cipue reue-
latum fuiſſet q̄rentibus apoſtolis q̄ docto-
res totiꝰ mūdi inſtituebātur. ſꝫ eis de fina-
li aduentu dn̄i querēntibus rn̄ſum eſt. Nō
eſt veſtrū noſſe tpa vꝫ momēta q̄ pater po-
ſuit in ſua poteſtate. ergo multo minus eſt
alijs reuelatū ¶ Rn̄deo dicēdum ſubiſta
ꝯcluſiōe. ꝙ tps determinatū futuri iudicij
nō poteſt cognoſci ab aliquo puro homīe
a ſolo eī deo et hoīe chriſto cognoſcitᷣ. Pro-
batur enī iſta ꝯcluſio iuxta ſanctū thomaꝫ
ī queſtionibꝰ de potētia dei. Quia duplex
eſt modꝰ quo poſſumꝰ cognoſcere futura
ſcꝫ ꝑ cognitionē naturalē ⁊ ꝑ reuelationeꝫ.
Naturali quidē cognitione cognoſci non
poteſt determinate finis mundi. quia eiuſ
non ē alia cauſa niſi voluntas diuina. quā
quidē cauſam naturali cognitione cogno-
ſcere non poſſumus. per reuelationē aūt li-
cet ſciri poſſet ſi deus vellet reuelare. nō tn̄
congruū eſſet ꝙ reuelaretᷣ niſi homini chri-
ſto. Et hoc quia finis mundi nō erit niſi cō-
pleto numero electoꝝ. cuiꝰ completio eſt

quedā executio totꝰ diuine ꝑdeſtinatiōis Unde non cōpetit reuelationē fieri de fine mundi niſi ei cui ſit reuelatio d' tota ꝑdeſtinatione diuina. ſcꝫ domini chriſto ꝑ quem tota diuina ꝑdeſtinatio totius humani generis q̄dammodo implet̄. Unde dr̄ Joh. vij. Pater diligit filiū ⁊ omnia demōſtrat ei que ipſe fecit. ¶ Ad ratiōes in oppoſitū. ¶ Ad primam r̄ndet̄. negādo ꝯſequentiā. Et ratio eſt. q̄a nō eſt ſimile de p̄mo aduentu ⁊ ſecundo. q2 p̄mus aduentus chriſti nobis ꝑabat viam ad merendū ꝑ fidem ⁊ alias virtutes. ⁊ ideo ex parte noſtra requirebatur p̄mi aduentus noticia. vt credendo in eum q̄ venerat ⁊ per eius grām mereri poſſemus. In ſecundo autē aduentu premia reddent̄ ꝑ meritis. ⁊ ſic ex parte noſtra nō requirit̄ quid agamus aut quid cognoſcamus ſed quid recipiamus Unī nō oportet cognoſcere determiate tp̄s illiꝰ aduētꝰ.

¶ Ad ſecūdam reſpondetur negādo cōſequētiaꝫ. Et rō eſt. q̄a illa ſigna poſita ſunt ad manifeſtandū ꝙ q̄nq3 mūdus finietur. nō autē ad manifeſtanduꝫ determinatū tēpus quādo finietur. Ponūtur aūt inter illa ſigna aliqua que quaſi a mūdi exordio fuerunt. ſicut ꝙ ſurget gens contra genteꝫ. ⁊ ꝙ terremotus erūt ꝑ loca. ſed inſtāte mūdi fine hec abundantiꝰ euenīēt. que aūt ſit illa menſura horū ſignoꝝ que añ finē mūdi erit manifeſtum nobis eſſe non poteſt

¶ Ad tertiā reſpōdetur negando ꝯſequentiam. Et ratio eſt. quia ſicut dicit Auguſtinus libro. lxxxiij. q. Ultima etas mūdi comparatur vltime etati hominis. que determinato numero annoꝝ nō diffinitur ſicut alie etates diffiniūtur. ſed q̄nq3 tantum durat quantū omnes alie vel etiam amplius Unde etiam iſta vltima etas nō pōt determinato ānoꝝ generationū nūero diffiniri.

¶ Ad quartā r̄ndetur negādo ꝯſequētiā. Et ratio ē. q̄a ex hoc ꝙ dicit̄ nouiſſima hora vel ex ſimilibus locutionibꝰ que in ſcriptura dicunt̄ non videt̄ aliqua determinata quātitas tp̄is ſciri. nō enī illa ſunt dicta ad ſignificandū breuē horā ipſiꝰ tp̄is. ſꝫ ad ſignificandū ſtatū mundi qui eſt quaſi nouiſſima etas. qui quāto tp̄e durat non eſt diffinitū. nō enī legi euāgelice alius ſtatus ſucced3 qui ad ꝑfectū adducit ſicut ipſa ſuccedit legi veteri ⁊ lex vetꝰ legi nature ¶ Ad vltimā r̄ndet̄. ꝙ magiſter ſanctꝰ Uincentius nō aſſerebat determinate finem mundi ſed veriſimiliter ꝓpter ſcelera multa regnātia in mūdo. ⁊ ꝓpter frequētia ſigna aſſerebat breuiter eſſe

## ¶ In feſto marci euangeliſte

eſt euāgeliū. Ego ſum vitis vera ꝛc. Joh. xv. Circa q̄d p̄nt diſputari ſequētes q̄ſtiones ¶ Prima. Utrū q̄s fidelis potuerit fructū aliquē afferre in p̄ſenti vita niſi in chriſto vite v̄a māſerit ꝑ fidē ⁊ charitatē nō fictā ¶ Secunda. Utrū beatus Marcus cōueniēter inter euāgeliſtas figura leonis ſit deſignatus ¶ Tertia. Utrū licituꝫ fuit ſancto marco ſibi amputare digitū vt ſacerdotio indignꝰ haberet̄.

Ad primaꝫ queſtioneꝫ qua queritur. Utrū aliq̄s fidelis potuerit fructū aliquē afferre in p̄nti vita niſi in chriſto vite vera manſerit ꝑ fideꝫ ⁊ charitatē non fictā. ſic ꝓcedit̄. Et videt̄ ꝙ ſic ¶ Primo Quia multi q̄ nō manent in chriſto ꝑ charitatē faciunt aliq̄s bonos actus q̄ ſunt boni fructꝰ. dū nudū veſtiunt. famelicū paſcūt. ieiunāt ⁊ orōnes faciunt. ergo ꝛc. ¶ Secūdo Multi q̄ non manent ꝑ charitatē in chriſto docendo ⁊ p̄dicando faciūt multiplicē fructū in cōuerſione fideliū. vt patet. ergo ꝛc. ¶ Tertio ſic. Omnis ſchola docet ꝙ opa extra charitatem ad multa valēt. ⁊ vident̄ mereri aliq̄d saltē bona tp̄alia. quia ſicut ſe habet pena ad malū actū. ita ſe habet p̄miū ad bonum Sꝫ nullū malū factū apud deū iuſtū iudicem eſt impunitū. ergo nec aliq̄d bonuꝫ irremuneratū. ergo nō manēs in chriſto per charitatē aliq̄d merebit̄ ꝑ bona que fac̄. ergo ꝛc. ¶ In oppoſitū eſt euangeliū preſens ¶ Reſpondeo dicendū. ꝙ chriſtꝰ ad oſtendendū ꝙ neceſſe eſt manere in eo ꝑ fidem ⁊ charitateꝫ ad h̄ vt quis valeat fructificare

opera meritoria vite eterne cōparat ſe per
ſimilitudinē viti. ⁊ fideles palmitibus. dicē
do. Ego ſum vitis vera ⁊ vos palmites. q̄ſi
dicendo. talis eſt cōparatō veſtra ad me q̄
lis palmitū ad vitē. De q̄bus palmitibꝰ dr̄ i
pſal. Extendit palmites ſuos vſq; ad mare
Dicit̄ autē; chriſtus vitis nō ſolum quia ē
fons humoris et v̄tutis ad fructificandu;.
ſed etia; vt dicit Albertꝰ ſup̄ Johēm. quia
miniſtrat humorē eterni et ſpūalis gaudij
q̄ cor letificat q̄ hominē; bone ſpei libenter
reddit qui ſeculi triſticiā pellit. q̄ inebriādo
ſecularīu obliuiſci facit. qui calorē charita
tis infundit. Dicendu; eſt ergo ꝙ ſicut pal
mes nō poteſt facere fructū niſi manſerit i
vite. eo ꝙ fonte humoris deſtitutus eſt. ſic
nec aliquis fidelis poteſt ſpūaliter fructifi
care niſi manſerit in chriſto humorē gratie
ſuſcipiens ab ipſo. q̄ vero manet in eo per
charitatē. hic fert fructū multum Dicit au
tem ſanctus Thomas ſup̄ Johēm. ꝙ tripli
cem fructum fert in vita iſta. Primꝰ eſt ab
ſtinere a peccatis. Eſaie. xxvij. Hic eſt omis
fructus tollatur peccatū ꝛc. Secūdo eſt va
care operibus ſanctitatis. Roma. vj. Habe
bitis fructum veſtru; in ſanctificatione ꝛc
Tertius fructus eſt vacare edificationi ali
orum. p̄s. De fructu operū tuorū ſatiabit̄
terra. Fert etiā fructū quartū i vita eterna.
Johis. iiij. Fructū congregat in vitam eter
nam. Hic eſt vltimus ⁊ p̄fectus fructꝰ om
nium laborū noſtrorū. Sap̄. iij. Bonoru;
laborum glorioſus eſt fructus ¶ Ad rati
ones in oppoſitū ¶ Ad p̄mam ⁊ ſecūdam
eſt vna reſponſio. quia aliqui in charitate
non exiſtentes poſſunt multa opera facere
de genere bonorū. ſunt tamen ſine charita
te infructuoſa quo ad meritū vite eterne. q̄
ſolum diligentibꝰ deum repromittit̄. ſm̄ il
lud Job. xxxvj. Annunciat d̄ ea amico ſuo
ꝙ poſſeſſio eius ſit. opera autē que fiunt ſi
ne charitate infructuoſa ſunt quo ad hoc.
Sap̄. iij. Uacua eſt ſpes eorū et labores ſi
ne fructu ¶ Ad tertiā poteſt eſſe eadem re
ſponſio ꝙ bona facta ſine charitate nō ſunt
meritoria vite eterne ⁊ ita infructuoſa ſunt
quo ad illud. vt dictum eſt. Uel ſecundo re

ſpondetur. ꝙ duplex dicitur meritū. ſcilicet
de condigno. et meritū de congruo. Meri
tum de condigno dicit̄ actus per quē effici
tur. vt ipſe agens habeat debitū recipiendi
Meritu; de congruo dicit̄ actus per que;
efficitur debitū dandi in dante ſm̄ decenti
am ipſius. Cū autē in omnibus illis q̄ gra
tis dantur. prima ratio dandi ſit amor. im
poſſibile eſt ꝙ aliquis tale ſibi debitum fa
ciat qui amicicia caret. ⁊ ideo cū bona tem
poralia et eterna ex diuina liberalitate nob
donātur. nullus acquirere poteſt debitu;
recipiendi aliquod illorū. niſi ꝑ charitate;
ad deum. et ideo opera extra charitatem fa
cta non ſunt meritoria ex condigno. nec eti
ni nec temporalis alicuius doni apud deū
Sed quia diuinā bonitatē decet vt vbicū
q; diſpoſitionē inuenit. perfectionē adijci
at. Ideo ex merito congrui dicitur aliquis
mereri aliquod bonū per opera extra cha
ritatem facta. et ſm̄ hoc op̄a iſta ad triplex
bonum valent. ſcilicet ad temporaliū con
ſecutionem. ad diſpoſitionē. ad gratiam. et
ad conſuetudinē bonorū operum. quia ta
men hoc meritum non proprie dicitur me
ritum. Ideo magis concedendu; eſt ꝙ hu
iuſmodi opera nō ſint alicuius meritoria
q̄; ꝙ ſint.

## Ad ſecundam queſti

onem qua queritur. Utrū beatus Marcꝰ
cōuenīēter inter euāgeliſtas figura leonis
ſit deſignatus. Et videt̄ ꝙ nō. Quia beatꝰ
Marcꝰ vt dicit̄ in vita ſua fuit humilimꝰ
⁊ mitis. ſed hec nō cōueniunt leoni qui ſup̄
bus ⁊ ferox dicit̄. ergo nō cōuenienter ꝑ leo
nem deſignat̄. ¶ Secūdo. Beatꝰ Marcꝰ
ſcripſit de omnibꝰ factis chriſti de q̄bꝰ alij
euangeliſte. ergo nō magis debuit deſiḡri
ꝑ leonē q̄; ꝑ aquilā vel hominē vel bouem
¶ In oppoſitū eſt illud Ezech. j. Facies leo
nis a dextris ip̄orū q̄ttuor // Rn̄deo dicēdū
ꝙ beatꝰ Marcꝰ cōuenīēter deſignatꝰ et fi
guratus eſt ꝑ leonē. Pro quo notandū. ꝙ
ꝑ quattuor facies quas vidit Ezechiel pro
pheta in animali vno deſignantur quattu
or euangeliſte ſiue quattuor euangelia ab

eis deſcripta de dn̄o noſtro ieſu chriſto. Et
ſicut in facie hominis deſignat̄ euāgeliū
Matthei. ſic in facie leonis deſignat̄ euan
gelium Marci. Circa qd̓ conſiderandū. ꝙ
licet Marcus de omnibꝰ chriſti factis ſcri
pſit ſicut ⁊ alij. tamen ſpēaliter verſat̄ et im̄
moratur circa reſurrectōnē ⁊ regnum chri
ſti quod aſſecutꝰ eſt in ſua benedicta reſur
rectione. ſm̄ q̊d dixit apoſtolis immediate
poſt reſurrectionē ſuā. Mat. xxviij. Data
eſt mihi omnis poteſtas in celo ⁊ in terra.
Quod quidē regnū per leonem conueniē
ter deſignatur qui eſt rex animaliū. vt dicit
Iſidorus libro etymologiarū. xij. Et iō ma
teria circa quam ſpecialiter im̄morat̄ euāge
lium Marci deſignatur in nomine leonis
Et hoc propter tria que in reſurrectiōe chri
ſti reperiūtur et proprietatibus leonis aſſi
milantur. Primū eſt reſurrectionis effici
ens principiū. quod in alijs hominibꝰ eſt
extrinſecū. ſed in chriſto fuit intrinſecū. ſm̄
quod ipſe dicit Ioh. x. Poteſtatem habeo
ponendi animā meā ⁊ iterū ſumendi eam
qui propria virtute ſurrexit Et ſimiliter hu
iuſmodi ī proprietate leonis reperit̄. Dor
mit eni oculis apertis. vt dicit Iſidorꝰ. vbi
ſupra. Licet autem caro chriſti in ſepulcro
dormierit per verā mortē et anime ſepara
tionem. tamen diuinitas vtriqȝ coniuncta
vigilabat. ſm̄ q̊d dicit Cañ. v. Ego dormio
⁊ cor meū vigilat. Proprietate ⁊ v̓tute hu
iuſmodi diuinitatis ſic vigilātis ſurrexit a
ſomno mortis. vn̄ pōt exponi q̊d d̓r Hiere
mie. iiij. Aſcēdit leo de cubili ſuo. q̄ chriſtꝰ
qui eſt leo de tribu iuda d̓ ſepulcro aſcēdit
virtute ꝓpria. Secūdo aſſimilat̄ leoni ꝓpt̄
tpꝰ ⁊ modū. q̊a reſurrectio chriſti facta eſt
poſt triduum. q̊d tn̄ accipit̄ ꝑ ſynodochen
Ita ſimiliter leo natꝰ de nouo tribꝰ diebus
dicit̄ dormire ſm̄ Iſido. vbi ſupra. ⁊ poſtea
fremitu et rugitu patris excitat̄. Sic Chri
ſtus poſt triduū dormitiōis in ſepulcro v̓
tute dei patris fuit excitatus a mortis ſom
no. ſm̄ q̊d d̓r Act. iij. Hūc deus ſuſcitauit a
mortuis ⁊c̄. Et iō de h̓ pōt exponi illud Ge
neſ. xlix. Catulꝰ leonis iuda. Et ſequit̄. Req̄
eſcens accubuiſti vt leo. ſcilicet in ſepulcro.
et ſubditur. Quis ſuſcitabit eum d̓ ſomno
mortis poſt triduū. ad qd̓ poteſt reſponde
ri deus pater. vt patet ex p̄dictis. Tertio aſ
ſimilatur reſurrectio leoni ꝓpter aſſecutuȝ
imperiū. quia licet chriſtus ante reſurrecti
onem humilis ⁊ ſubiectꝰ apparuit. tamē in
reſurrectione ſua dominiū omniū obtinu
it. ſm̄ q̊d dicit apoſtolus ad Phil. ij. Humi
liauit ſemetipſum factus obediēs vſqȝ ad
mortem. mortē autē crucis. propter quod
⁊ deus exaltauit eū ⁊ donauit illi nomē qd̓
eſt ſup omne nomen. vt in noīe Ieſu omne
genu flectat̄ celeſtiū terreſtriū ⁊ infernoꝝ ⁊c̄
In leone inuenit̄ hm̄oi ſimilitudo inq̄ntū
eſt rex animaliū vt p̄dictuȝ eſt. ⁊ hoc eſt q̊d
d̓r Apoc. v. Vicit leo de tribu iuda. q̄ ꝑ ſu
am bn̄dictā paſſionē ⁊ reſurrectionē ſubie
cit ſibi omnē creaturā ¶ Ad ratōes ī oppo
ſitū ¶ Ad primā rn̄det̄ negādo cōſequēti
am. Et ratio ē. q̊a hic nō accipitur cauſa ſi
gnificationis ſeu figurationis ex ꝑte condi
tionis ꝑſone deſignate ꝑ leonem. ſed ex ꝑte
materie ſcripte ſiue de qua loquit̄ in euan
gelio principaliter ſiue ſpēaliter ¶ Ad ſecū
dā patet reſponſio ad idē. q̄ ꝯſequētia non
valet. q̄ licet euangeliū Marci de omibus
factis chriſti loquit̄. tamen ſpecialiter ver
ſatur circa reſurrectionem chriſti ⁊ regnuȝ
eius

## ¶ Ad tertiam queſtio

neȝ qua queritur Utrū licitū fuit ſctō Mar
co amputare digitū vt ſacerdotio indignꝰ
haberet̄. Et videt̄ ꝙ ſic. ¶ Primo ſic. Ex hi
ſtoria ſua in qua legitur ꝙ ſic fecit ⁊ tamen
non reprobat̄ de hoc. ¶ Secūdo ſic. Occi
dere ſeipſum eſt magis q̈ȝ mutilare. Sam
ſon autem ſe interfecit. vt habetur Iudicuȝ
xvj. et tamen numeratur inter ſanctos. ad
Hebreos. xj. ergo licitum eſt mutilare ſeip
ſum ꝓpter aliquam cauſam. ¶ Tertio ſic.
Minꝰ bonū eſt cōtemnendū ꝓpter ꝯſerua
tionem maioris boni. ſicut ad ꝯſeruationē
vite aliquis ꝓijcit merces in mare. ſȝ virtus
caſtitatis eſt maius bonū q̈ȝ membruȝ cor
porale. ergo licite poteſt aliq̊s ſibi ſcindere
virilia propter conſeruationem caſtitatis

¶ In oppoſitū arguit̃ ꝑ illō qđ in decre. dr̃.
Si qˀs amputauerit ſibi virilia cleric⁹ non
fiat. qꝛ homicida ſui eſt ¶ Rñdeo dicēdū
ꝙ quilibet ps corꝑis ordinat̃ ad totū cui⁹ ps
eſt. ⁊ iō de ipſa ordinandū ē put reſpicit
bonū toti⁹ corꝑis. ⁊ vlteri⁹ reſpicit bonum
hoīs ⁊ cōitatis. qꝛ ſicut ps corꝑis ordinat̃
ad totū corp⁹. ſic corp⁹ ad hoiem cuius ps
eſt. ⁊ vn⁹ homo ad totā cōmunitatē. Igit̃
ſi membrū aliqđ ſit nociuū corꝑi. vtpote ꝓ
pter aliquā egritudinē vel turpitudinē eſt
alioꝝ membroꝝ corruptiuū. Tūc eſt cōclu
ſio pͥma. ꝙ licite poteſt abſcindi ne inficiat
alia mēbra. ⁊ hoc ab eo cui⁹ eſt ſi habeat ar
tem medicādi. vel ab alio de volūtate eius
qꝛ cuilibet cōmiſſa eſt cura ſalutis ſui cor
poris. ſicut ⁊ homicida ⁊ raptor ꝑ iudicē li
cite occidit̃. ⁊ a cōmunitate hominū abſcin
ditur. inquantū eius vita eſſet in nocumentū
cōmunitatis. qꝛ iudicib⁹ cōmittit̃ ſalus cō
munitatis Si aūt membrū ſit ſanū. tūc eſt
ſecūda ꝯcluſio. ꝙ regulariter nō eſt licitū
alicui ſeipſum mutilare. Et h̃ probatur ſic
Primo qꝛ hō naturaliter amat ſeipſū et
ꝑ ꝯſequēs oīa q̄ ſunt de integritate ipſi⁹. ⁊
ideo mutilare ſeipſū eſt ꝯ charitatē quā q̄
libet tenet̃ habere ad ſeipſum. Secūdo ſic
Homo ſimilit̃ eſt ps cōitatis. ergo inferre
ſibi nocumētū ꝑ mutilationē eſt agere cō
tra cōmune bonū. Tertio De⁹ eſt inſtitu
tor nature inſtituēdo mēbra ei⁹. ⁊ iō muti
lans ſeipm̄ agit ꝯ deū. Tertia ꝯclō. ꝙ in ca
ſu licitū eſt. videlicet ex p̄cepto dei occulto.
qđ dicit̃ inſtinct⁹ ſpūſſcī. Patet ꝯclō. qꝛ
deus eſt auctor nature ⁊ dñs vite ⁊ mortis
hūane. ⁊ ꝑ ꝯſequēs oīm mēbroꝝ. ⁊ iō ſi p̄ci
pit hoī ſibi auferre vitā vel mēbrū aliqđ. nō
ſolū licitū ſꝫ etiā debitū eſt h̃ fieri. Et h̃ mō
dic̃ ſanct⁹ Thomas ī ſecūda ſcđe. q. clxxxvij
ar. ij. ꝙ credibile ē ꝙ beatus Marc⁹ h̃ ꝙ di
gitū ſibi amputauit ex inſtinctu ſpūſſcī fec̄
ſine q̄ nō licet alicui ſibi man⁹ iniijcere. Hoc
idē ſanct⁹ thomas ponit ī ſcđa ſcđa. q. lxiiij.
ar. vij. Dicit Aug⁹. j. đ ciui. dei. ꝙ nō ſamſon
aliter excuſat̃ ꝙ ſeipm̄ cū hoſtib⁹ ruina do
m⁹ oppreſſit. niſi qꝛ latēter ſpūſſctūs h̃ iuſſe
rat. q̄ ꝑ illū miracula faciebat. Et eandē ra

tionem aſſignat de q̄buſdā ſanctis feminiſ
que tp̄e ꝑſecutionis ſeipſas occiderunt. de
q̄bus eccl̄ia memoriā facit ¶ Ad rationeſ
in contrariū. Ad primā đ ſancto Marco.
Et de Samſon patet reſponſio ex dictis.
¶ Ad tertiam reſpōdetur. negādo ꝯſequē
tiam. Et ratio eſt. quia illud aſſumptū in
maiori vt dicit ſanctus Thomas. eſt intel
ligendū. quādo aliter ꝓuideri non poteſt.
quia ſaluti ſpūali ſemꝑ poteſt aliter ſubue
niri q̄ꝫ ꝑ mēbri p̄ciſionē. quia peccatū ſub
iacet voluntati. ⁊ ideo in nullo caſu licꝫ mē
brum abſcindere ꝓpter qđcunqꝫ peccatū
vitandū. Vñ Chryſoſtom⁹ exponēs illud
Matth. xix. Sūt eunuchi q̄ ſeipſos caſtra
uerunt ꝓpter regnū celoꝝ. nō dicit mēbro
rum abſciſione. ſed malarū cogitationum
interemptiōe. maledictioni eſt obnoxius.
qui mēbrū abſcindit. ⁊ ea q̄ homicidaꝝ ſūt
talis p̄ſumit.

# In feſto beati Petri

martyris de ordine p̄dicatoꝝ eſt euangeli
um. Si qˀs vult poſt me ⁊c. Matthei. xvj.
Circa quod pñt diſputari ſeq̄ntes q̄ſtiōes
¶ Prima Utrū ad conſecutionem eterne
beatitudinis ſit neceſſe abnegare ſemetip
ſum et tollere crucē ſuā et ſequi Chriſtum.
¶ Secūda Utrū beat⁹ petr⁹ martyr dica
tur triplici aureola dotat⁹

## Ad primam q̄ſtio

nem qua queritur. Utrū ad con
ſecutōnem eterne beatitudinis ſit
neceſſe abnegare ſemetipſum et tollere cru
cem ſuam et ſequi chriſtum. Et videtur ꝙ
non. ¶ Primo ſic. Ad conſecutionem vi
te eterne neceſſe homo debet diligere ſemet
ipſum. ergo non abnegare. conſequētia vi
detur bona. quia iſta duo videntur eſſe cō
traria. antecedens eſt manifeſtum. quoni
am ſi diligere proximū cadat ſub p̄cepto ⁊
illum diligere debeo ſicut meipſum. ergo
ſub precepto cadit. vt quis ſeipſum ex cha
ritate diligat. ¶ Secundo ſic. Dicitur ad
Ephe. v. Nemo vnq̄m carnem ſuam odio
habuit. nā homo naturaliter diligit vitam

ſuā corpalē.ergo ad ꝯſecutionē eterne vite
nō eſt neceſſariū abnegare ſeipſum ¶ Ter
tio ſic.Matth.xj.dr.Iugū meū ſuaue eſt ⁊
on⁹ meū leue.ſ; h non videt̃ ſtare cū hoc ꝙ
oporteat ſumere crucē ad ꝯſecutionez vite
eterne ¶ In oppoſitū eſt euangelium pñs.
Rñdeo dicendu;.ꝙ vā eſt ſnia dñi.Tria ei
ſunt vt dicit Chryſo.ad eūdū poſt chriſtu;.
Primū eſt abnegatio ſuijpſi⁹ ſm ptez ſen
ſibilē.i.voluptatū carnaliū ⁊ tpaliu; abne
gatio.Secūdū eſt crucis ſuſceptio.Tertiū
eſt imitatio.Primū notat̃.cū dicit. Si q̃s
vult poſt me venire abneget ſemetipſū. Et
dic̃ Chryſo.ꝙ loquit̃ ꝑ ſimilitudinē.vt ſi ha
beres filiū ⁊ videres eū male tractari.ſi nō
curares tu.abnegares. Sic ſi vis ſeq̃ paſſi
onē dñi oportet ꝙ abneges te.i.ꝓ nihilo re
putes.ps.Fact⁹ ſum ſicut hō nō audiens ⁊
ñ habēs ī ore ſuo redargutiōes.Secundū
eſt ibi.Et tollat crucē ſua;.i.patus ſit in aīo
pati crucem ſiue mori morte acerbiſſima ⁊
turpiſſima ꝓpter chriſtum vt ipē ꝓ te fecit.
ſm illud Sap.ij. Morte turpiſſima cōdē-
nemus eū.Vñ homo debet eē patus pati
quācūq; mortē ꝓpter deū.Tertiū tāgit̃ ibi
Et ſequat̃ me.Et ad h chriſt⁹ rōem īducēs
ſubdit.Qui eni voluerit aīam ſuā ſaluā fa-
cere pdet eā.Hoc autē poteſt duplr intelli
gi.Perdere eni pōt habere duplicē ſignifi
cationē.Uno mō idez eſt qđ amittere.⁊ in
iſto ſenſu.pdet eam.ſubintelligendū eſt.in
alia vita.q̃ſi diceret.Qui voluerit aīam ſu
am ſaluā facere.i.delitijs ⁊ voluptatib⁹ oc
cupare ī hac vita.q̃a hoc eſt vitā ſuā ſalua
re ſm opinionē carnaliū.⁊ talis pdet eā in
alia vita.q: obligat eā ad penā īferni. Alio
modo pdere idē eſt qđ deſtruere.⁊ tūc cu;
dr.Perdet ea;.ſubintelligit̃ in hac vita.Et
eſt ſenſus.Qui voluerit aīam ſuā ſaluā fa
cere q̃ntū ad meritū vite eterne ipſe perdet
eā.i.deſtruet corp⁹ laborib⁹ ⁊ paſſionib⁹ ex
ponēdo ex q̃b⁹ ſeq̃t̃ ſepatio aīe a corpe.et h
eſt aīam pdere ſm eſtimationē falſam car-
naliū.licet ſit ſaluare eā ſm veritatē.Et ſm
hūc vltimū ſenſū.ſequit̃.Qui aūt pdiderit
aīam ſuā ꝓpter me.i.ꝓpter deū mortē ſuſti
nēdo.ipſe inueniet eam in beatitudine deo

fruendo. ¶ Ad rationes in oppoſitum
¶ Ad primā rñdet̃ negādo cōſequētiam.
q̃a abnegare ſeipm ſm exteriorez ſiue ſenſi-
bilē naturā nō obtpando ī his q̃ repugnāt
rōi.nō eſt ꝯtrariū ei qđ eſt diligere ſeipſum
vt eſt ꝑceptū.q̃a intelligit̃ ſm naturā rōna
lem.vt ſc; hō velit ſibi bona q̃ ptinēt ad pfe
ctionē rōis.amare aūt ſeipſū ſm naturam
ſenſibilē ſibi obtēperando nō eſt vē amare
ſeipſum ex charitate.Propt̃ qđ diligere ſe
ipſū ſm naturā exteriorē in hiſ q̃ repugnāt
rōi eſt vituꝑabile.Vñ.ij. Timoth.iij.dr ꝙ ī
nouiſſimis dieb⁹ inſtabūt tpa piculoſa.et
erūt homīes amātes ſeipos Se; in his in q̃
bus natura exterior interiori ꝯcordat ē lau
dabile.Vñ h eſt abnegare ſemetipm.i.affe
ctū hūanū ñ ſeq̃.ſ; refrenare ⁊ ſbiugare rōi
¶ Ad ſecundā rñdet̃ negando conſequē
tiam.Et ratō eſt.q̃a nō dicimus ꝙ ad cōſe-
cutionem vite eterne debeamus nos inter
ficere vt deſtruamus naturā.q̃a nemo car
nem ſua; odio habuit.ad Eph.v.ſed abne-
gemus nos.ſc; ſenſibilem naturā in his q̃
repugnant et contrariātur ratōi vl' que re-
tardant nos a conſecutione bonorum ſpi-
ritualium refrenemus et humiliemus ra-
tioni.ſicut dicit apoſtolus.j.Cor.ix. Caſti-
go corpus meū et in ſeruitutem redigo ꝛc.
¶ Ad tertiam reſpōdetur.negando conſe
quētiā.Et ratio ē.q̃a lex chriſti dicit̃ iugu;
ſuaue et onus leue diligentibus.quia vt di
cit Auguſtinus.Amor omnia leuia facit.
et amanti nihil eſt difficile.nec hoc repugāt
ei ꝙ homo animo ſit patus ſuſcipe mortez
propter chriſtum ſi fuerit expediens. Vel
crux dicitur ibi mortificatio carnis.de qua
apoſtolus ad Galath.v. Qui autem Chri
ſti ſunt.id eſt.qui ſpiritū dei habēt carnem
ſuam crucifixerunt cu; vicijs ⁊ concupiſcē
tijs ſiue paſſionibus q̃bus anima inclina
tur ad peccandu;.et quia tales ad hec opa
mouētur ex deuotōne ad chriſtū crucifixū
ideo ſignanter dicit apoſtoluſ.crucifixerūt
id eſt.Chriſto crucifixo ſe conformauerūt.
affligendo carnē ſua;.Unde ad Gal.ij.dic̃
apoſtolus.Ut deo viuam chriſto cōfixus
ſum cruci

## Ad ſecūdam queſtio

nem. q̄ beat⁹ petr⁹ martyr d̄r triplici aure-
ola dotat⁹. q̄r v̓go. q̄a p̄dicator ſiue doctor
q̄a martyr. Querit̄ Utrū ille tres aureole
in beato petro martyre fuerūt eq̄les Et vi
det̄ q̄ nō. q̄r aureola v̓ginitatis videt̄ eē ma
ior inter alias. Dicit em̄ Cyprian⁹ de v̓gini-
bus loquēs q̄ illuſtrior ſit portio greg̃ chri
ſti ¶ Secūdo. Alijs videt̄ q̄ aureola mar
tyrij ſit maior. ⁊ h̄ dicit beda. ¶ Reſpōdeo
dicēdū. q̄ tres aureole ī beato petro nō fue
runt eq̄les ⁊ q̄ ſimplicit̄ loquendo aureola
debita q̄a martyr excellētior ē ceteris. Pro
quo notandū iuxta ſanctū Thomā in .iiij.
diſ. xix. q̄ p̄eminētia aureole ad aureolā du
pliciter pōt attēdi. Primo ex p̄te pugne vt
dicat̄ aureola potior q̄ fortiori pugne debe
tur. ⁊ p̄ hūc modū aureola martyꝝ alijſ au
reolis ſup̄eminet Alio mō pugna martyꝝ
eſt fortior ſcʒ ſeipſum ⁊ vehemēti⁹ affligēs
ſed pugna carnis eſt p̄iculoſior inq̄ntū eſt
diuturnior ⁊ magiſ nob̄ eminet e vicino. ⁊
ſic ſup̄eminet q̄dāmodo aureola virginū.
Secūdo ex p̄te eoꝝ de q̄b⁹ eſt pugna. et ſic
aureola doctoꝝ int̄ oēs eſt potior. q̄r hmōi
pugna v̓ſat̄ circa op̄a ītelligibilia. alie ve
ro pugne circa ſenſibiles paſſiōes. Eminē-
tia aūt q̄ attendit̄ ex p̄te pugne eſt aureolis
familiarior. q̄a aureola ſc̄m p̄pria rōnem re
ſpicit victoriā ⁊ pugnā. difficultaſ etiā q̄ at
tendit̄ ex p̄te ipſi⁹ pugne eſt potior q̄ʒ illa q̄
attendit̄ ex p̄te noſtri inq̄ntū eſt nob̄ vicini
or. ⁊ iō ſimplr̄ loquēdo aureola martyꝝ in
ter oēs eſt potior. Et iō d̄r Mat. v. q̄ i octa
ua beatitudine ⁊c̄. q̄ ad martyres p̄tinet. ſcʒ
Beati q̄ p̄ſecutōnē patiunt̄. oēs alie p̄ficiū
tur. p̄pt̄ h̄ etiā eccl̄ia in cōnumeratiōe ſc̄toꝝ
martyres doctorib⁹ ⁊ v̓ginib⁹ p̄ordinat. ſʒ
q̄ntū ad aliq̄d nihil p̄hibet alias aureolas
excellentiores eſſe. Et p̄ h̄ patet r̄nſio ad ob
iecta.

## ¶ In feſto apoſtoloꝝ

Philippi ⁊ Jacobi ē euangeliū. In illo t̄pe
Dixit ⁊c̄. Nō turbet̄ cor veſtꝝ ⁊c̄. Joh̄. xiiij.
Circa quod p̄nt diſputari ſeq̄ntes q̄ſtiōes
¶ Prima. Utrū explicite credere myſte
riū incarnatōis chriſti ſit d̄ neceſſitate ſalu
tis ¶ Secunda. Utrū credere explicite tri
nitatē diuinarū p̄ſonaꝝ ſit de neceſſitate ſa
lutis ¶ Tertia. Utrū pōt cognoſci vna di
uinaꝝ p̄ſonaꝝ ñ cognita alia.

## Ad primam q̄ſtio

nem ſic p̄ceditur. Et videt̄ q̄ expli
cite credere myſteriū incarnatōis
chriſti ſit d̄ neceſſitate ſalutis ¶ Primo ſic
Nō ei tenet̄ hō credere ea q̄ angeli ignorāt
q̄a explicatio fidei ſit p̄ reuelatiōeʒ diuinā q̄
p̄uenit ad hoīes mediātib⁹ anglis. vt dicit
Dionyſi⁹. iiij. celeſtis hierarchie. ſʒ angeli
myſteriū incarnatiōis ignorauerunt. vt vi
det̄ dicere Diony. exponēs illud Eſaie. lxiij
Quis ē iſte q̄ venit de edō. ergo āgeli nō te
nebant̄ de h̄ habere fidē explicitā ¶ Sc̄do
ſic. Sicut dicit Dionyſi⁹. ix. celeſtis hierar
chie Multi etiā de gētilib⁹ an̄ aduētū chri
ſti ſaluati ſunt. ſʒ illi nō habebāt fideʒ expli
citam de redēptore. q̄r reuelatō eis nō erat
facta. ergo ⁊c̄. ¶ Tertio ſic. Aduēt⁹ redem
p̄tionis nō eſt de dictamie leḡ naturalis. ſʒ
q̄ erant in lege naturali ſaluabāt implētes
ea que ſunt d̄ dictamie leḡ natural̄. ergo ⁊c̄
¶ Sʒ in oppoſitū eſt euāgeliū. in q̄ chriſt⁹
rep̄hendēdo Thomā dicētē. Dn̄e neſcim⁹
quo vadis. ⁊ viā quō ſcire poſſum⁹. ibi r̄n
dens ait. Ego ſum via ⁊ nemo venit ad pa
trem niſi p̄ me. ſ. in me credendo ⁊ mea op̄a
imitādo. in q̄ tāgit myſteriū incarnatiōis.
Rōne ſic. Illud p̄p̄rie et p̄ ſe p̄tinet ad obie
ctum fidei p̄ q̄d homo beatitudinē ꝯſequit̄
via aūt hominib⁹ veniēdi ad beatitudineʒ
eſt myſteriū incarnatōis ⁊ paſſiōis chriſti
Dicit̄ eni Act. iiij. Nō eſt aliud nomen da
tum hominib⁹ in q̄ oporteat nos ſaluos fi
eri. ergo neceſſariū erat ad ſalutem habere
fidem myſterij incarnatiōis. Ad quā fidē
diuerſimode ſe habet gen⁹ humanū ſc̄m di
uerſa t̄pa. In p̄mo eni ſtatu an̄ p̄ctūm nō
oportebat ab aliquo homine habere fideʒ
explicitā de incarnatōnis myſterio ſc̄m q̄d
ordinabat̄ ad liberatiōnē a p̄ctō. Iſta con
cluſio patet. q̄r nondū ſuitus erat inducta.

ſꝫ ſufficiebat habere fidē explicitā in cogni
tione dei. vt ſcꝫ hō crederet ꝙ deꝰ ei ꝓuide
ret in eis q̄ neceſſaria eſſent ei ad ſalutē. In
ſecūdo aūt ſtatu poſt pctūm añ aduentuꝫ
chriſti qdā habebāt fidē explicitā ꝺ redem
ptore qbꝰ reuelatio facta erat q̄ maiores di
cebant. Quidā vt miores fidē implicitam
habebāt in fide maioꝝ. vñ eis ſacramētuꝫ
redēptōis ſub ſignis ſacrificioꝝ ꝓponebaꝫ.
In ſtatu eni poſt aduētū chriſti q̄a iāꝫ my
ſteriū redēptionis impletū erat corꝑaliter
⁊ viſibiliter ⁊ p̄dicatū, omēs tā maiores q̄ꝫ
minores tenenꝫ ad explicite credenduꝫ. pre
cipue q̄ntū ad ea q̄ cōmuniter in eccl'ia ſo
lennizātur ⁊ publice ꝓponunꝫ. ſicut ſūt ar
ticuli incarnatiōis. alias aūt ſubtiles ꝯſide
rationes circa incarnationis articulos te
nentur aliq̄ plꝰ vel minꝰ explicite credere.
ſm̄ qd ꝯuenit ſtatui ⁊ officio vniuſcuiuſqꝫ
¶ Ad ratiōes in oppoſitū. ¶ Ad primam
r̄ndeꝫ. ꝙ angeli p̄mitꝰ de incarnatiōis my
ſterio edocti ſunt q̄ꝫ hoīes. vt dicit Diony
ſius. c. iiij. celeſtis hierarchie. q̄ntū ad ipſaꝫ
ſubam eiꝰ qd credēdū eſt q̄ꝫuis nō q̄ntuꝫ
ad oēs circūſtantias omniū articuloꝝ q̄s
poſtea rebꝰ euenientibꝰ cognouerūt ¶ Ad
ſecūdam reſpondetur ꝙ rō nō ꝓcedit. Tuꝫ
p̄mo. q̄a multis gētilibꝰ reuelatio fc̄tā fuit
ſicut pꝫ ꝑ ea q̄ p̄dixerūt. Nā Job dicit. xix.
Scio ꝙ redēptor meꝰ viuit. Sybilla eni ꝑ
nūciauit aliq̄ de chriſto vt Aug. dicit. Tuꝫ
ſecūdo. q̄a ſi aliq̄ ſaluati ſūt qbꝰ nō erat fa
cta reuelatio. nō fuerunt ſaluati abſqꝫ fide
mediatoris. q2 ⁊ ſi nō habuerūt fidē explici
tā: habuerūt implicitā in diuīa ꝓuidentia.
credētes deū eē liberatorē hoīm ſm̄ modoſ
ſibi placitos. et ſm̄ qd aliq̄bus veritateꝫ co
gnoſcentibus ipſe reuelauit. ſm̄ illud Job
xxxv. Qui docet nos ſuper iumenta terre.
¶ Ad tertiam reſpōdetur. negando conſe
quētiā. Et rō ē. q̄a q̄ꝫq̄ꝫ ad cognitioneꝫ my
ſterij incarnatiōis nō ſufficereꝫ ꝑ ſe natura.
ſufficiebat tñ cū lege ſcripta. añ legē vō ad
iuta ꝑ gratiā

## Ad ſecundam queſti

onem ſic ꝓcediꝫ. Et videꝫ ꝙ credere explici
te trinitatē diuinaꝝ ꝑſonaꝝ nō ſit de neceſ
ſitate ſalutis ¶ Primo ſic. Dicit eni ap̄ls
ad Heb. xj. Credere oportet accedētē ad de
um q2 eſt. ergo videꝫ ꝙ nō oportuit credere
diſtinctionē ꝑſonaꝝ ¶ Secūdo ſic. Cogni
tio fidei ē neceſſaria inq̄ntū nos in finē diri
git. ſꝫ deꝰ eſt finis noſter inq̄ntū eſt ſūmuꝫ
bonū qd ad eſſentiā ꝑtinet. ergo videtur ꝙ
ſufficiebat de deo credere eſſentialia. ¶ Ter
tio. Sacra ſcriptura ē regula fidei. ſꝫ in ſcri
ptura veteris teſtamēti nō fuit facta expreſ
ſa mētio de trinitate. ergo nō erat neceſſari
um credere illā. ¶ In oppoſitū eſt euāgeli
um p̄ñs. vbi chriſtꝰ rep̄hendēs philippum
ait. Tāto tp̄e vobiſcū ſuꝫ ⁊ nō cognouiſtis
me. Philippe q̄ videt me videt ⁊ p̄rēm me
um. nō credis q̄a ego in patre ⁊ pater ī me
eſt ¶ R̄ndeo dicēduꝫ ꝙ poſt tp̄s gratie di
uulgate tenemur explicite ad credendum
myſteriū trinitatis. Iſta ꝯclio ſic declaraꝫ.
Myſteriū chriſti explicite credi nō poteſt
ſine fide trinitatis. q̄a in myſterio chriſti h̄
cōtineꝫ ꝙ filiꝰ dei carneꝫ aſſumpſit. Itē ꝙ ꝑ
grām ſpūſſcti mundū renouauit. Et iteꝝ ꝙ
de ſpūſancto ꝯceptus fuerit. Et iō eo mō q̄
myſteriū chriſti añ chriſtū fuit qdē explici
te creditū a maioribus. īplicite aūt ⁊ q̄ſi ob
umbrate a miorībꝰ. ita etiā myſteriū trini
tatis. Et iō poſt tp̄s grē diuulgate tenētur
oēs ſicut dictū eſt ad credēdū myſteriū tri
nitatis ⁊ oēs q̄ renaſcūꝫ in chriſto h̄ adipi
ſcunꝫ ꝑ inuocationem trinitatis. ſm̄ illud
Mat. vlt. Eūtes docete oēs gētes baptizā
tes eos in noīe patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſcti ¶ Ad
ratiōes in oppoſitū ¶ Ad primā r̄ndeꝫ. ne
gādo ꝯſequētiaꝫ. Et ratio ē. q̄a ap̄ls poſuit
illa que oportuit explicite credere ꝺ deo oī
tp̄e. ⁊ quo ad oēs ¶ Ad ſecundā r̄ndetur.
negando ꝯſequētiam. Et ratō eſt. q̄a ad di
rigendum in finē nō ſolum oportet cogno
ſcere finem. ſed ea ſine quibus in finem diri
gi non poteſt. et ideo oportet habere expli
citam fidem. non tantum de fine ſed etiam
de myſterio trinitatis. quia ſine diuina
rum perſonarum viſione in finem beati
tudinis veniri non poteſt. ¶ Ad tertiam
reſpōdetur vno modo negando minorem

quia in veteri teſtamento multiplicīter eſt
ex̄pſſa trinitas pſonarꝝ. ſicut ſtatim in pncī
pio Geñ. vbi ad expreſſionez trinitatis dr̄.
Faciam⁹ hoīem ad imaginē ꝛ ſimilitudinē
noſtrā. Tū ſecūdo. nō erat neceſſariū vt ex
plicite oēs cognoſcerēt myſteriū trinitatis
ideo nō fuit poſitū myſteriū trinitatis ma
nifeſte in veteri teſtamēto ſꝫ velate vt ſapiē
tes credere poſſent

¶ Ad tertiam queſtio
nem ſic pcedit̄. Et videt̄ ꝙ vna pſonarꝝ pōt
cognoſci alia nō cognita ¶ Primo ſic. Eſ
ſentia diuinitatis pōt cognoſci ñ cognita
diſtinctione pſonarꝝ. ſicut cognoſcebāt phi
ergo etiam vna perſona alia non cognita.
¶ Secūdo ſic. Diſcipuli habebāt noticiā
de chriſto. ꝛ tñ nō habebāt de patre. Vñ di
cit Philipp⁹. Oñde nobis patrē et ſufficit
nobis. ¶ Tertio ſic. Diuine pſone habent
diſtinctos articulos ꝛ pſequēs diſtinctaſ
cognitiōes. ergo vna pōt cognoſci alia nō
cognita ¶ In oppoſitū eſt euangeliuꝫ pñs
vbi chriſt⁹ ait. Si cognouiſſetiſ me ꝛ prēm
meū vtiqꝫ cognouiſſetis. Et infra. Tāto tē
pore vobiſcum ſum ꝛ nō cognouiſtis me.
Philippe q̄ videt me videt et patrem meū.
quō tu dicis. Oſtēde nobis patrē. non cre
dis quia ego in patre ꝛ pater in me ē ¶ Re
ſpondeo dicendū. ꝙ q̄a v̄ba hmōi euāgelij
ſunt aliquo mō obſcura. ſunt aliq̄ notāda
p eius intelligētia. Primo notāduꝫ ꝙ ſm
Auguſtinū inter diſcipulos aliq̄ erāt q̄ eti
am chriſtū ſm q̊d erat verbū dei cognoſce
bant. quorꝝ vn⁹ erat petr⁹ qui dixit. Tu es
chriſt⁹ fili⁹ dei viui Matth. xvj. Alij erant
q̄ eū nō cognoſcebāt. inter quos erat Phi
lippus. quātū ad p̄mos dixit. Quo ego va
do vos ſcitiſ. q̄ntū v̄o ad ſecūdos dixit Nō
cognouiſtis me. Secūdo notandū. ꝙ chri
ſtus dupl̄r cognoſci poterat. vel ſm huma
nā naturā. ꝛ ſic oēs ſciebant. ꝛ q̄ntū ad hoc
dixit Quo ego vado vos ſcitis. quia vado
ad patrē quē ſcitis p me voƀ manifeſtatū.
via aūt p quā vado ego ſum quam ſcitis.
Secūdo poterit cognoſci ſm diuinā natu
